


05  
A  
166



Domini nostri Jesu Christi.  
Disputatio Inauguralis Juridica  
*De*  
**NOTARIIS**

*Eorumq.*  
**INSTRUMENTIS.**  
*Quam*

Permissu & authoritate Nobilissimi  
& Amplissimi JCtorum Ordinis in illustrissima,

Academia Wittebergensi

*Sub Presidio*

VIRI

*Magnifici ac Juris Consultissimi*

**DN. JEREMIAE REUSNERI**

JCTi, in clytæ Facultatis Juridicæ Ordinarij, Senioris & p.t.

Decani, Decretalium Profess. Publici, nec non Curiæ Electoralis,

Scabinatus & Consistorij Ecclesiastici Aſſessoris gravissimi,

Præceptoris & Patroni sui ætatem sub-  
missè devenerandi

**Pro Licentia**

*Summos honores Doctorales & Privilegia in Utroq. Jure conse-  
quendi, publicè examinandam proponit*

In Auditorio Majori

**ANDREAS JAHN/ Belgrâ-Misn.**

Ad diem Octobr. horis ante & pomerid.

Excudebat JOANNES RÖHNERUS, Acad. Typogr. Anno 1647.

V I R O

*Magnifico, Nobilissimo & Consultissimo*

DN. JOHANNI GEORGIO Oppeln/  
in Lomniz / Gosta/ Ditmarsdorff/ Siekssch & Gördenez/  
JCto Præcellentissimo Comiti Palat. Cæsar. & Imperij  
exempto, Sereniss. & Potentiss. Electoris Saxo-  
niæ Consiliario intimo.

*Domino, Patrono ac Mæcenati summo  
summè venerando*

Debitæ gratitudinis & observantiae ergò hocce  
Exercitium Academicum offert & dedicat  
humiliter & devotè

Andreas Zahn/Curiæ Electoral.  
& Facult. Jurid. Witebergens. ProtoNot.  
Aut. & Resp.

05 A 166



# PRÆFATIO

**M**agnam omnino vim magnumq;  
momentum positum esse in Tabellionatus  
officio, non tantum ad conservandam pa-  
cem & justitiam, verum etiam ad alia, quæ  
Reipubl. & subditorum utilitatem maximè  
respiciunt, nemo est, qui ignorat. Idque..

D. Imp. Maximilian. I. in pr. Constit. Von Notarien. in Co-  
mitiis Imperii anno 1512. Coloniae agrippinæ habitis edite  
hisce verbis disertè innuit.

Aber nach dem nicht allein zu solcher Frieds  
vnd Rechtens Handhabung/sondern auch andern  
mehr/so dem Heiligen Reiche vnd gemeinem Nutz  
angelegen/das Amt der Notarien/ dardurch die  
Handlung vnd Willen der Menschen / damit sie  
nicht in Vergessenheit gesetzt / durch Mittel der  
Schrift in ewiger Gedächtniß behalten / vnd  
durch glaubwürdige Vhrkundt befestiget wer-  
den / nützlich vnd dienstlich / auch noth ist ic.

Periret liquidem, teste Chassan. de glor. mund. part. II. con-  
fid. 19. omnis judiciorum tela, nisi essent Notarij, qui acta  
conscriberent ; periret ipsa veritas & fides in Contractibus  
& commerciis, periret omnis ordo in judicio forensium  
causarum, nisi esset aliqua fidelis publicaque persona, cui ju-  
dex crederet de his, quæ ab utraq; litigantium parte aut of-  
ferua-

feruntur, aut dicuntur. Matib. Berl. part. I. Concl. 8. n. 1. De hac  
igitur materia Notariorum perutili & maxime necessariâ se-  
quentes theses exercitiis gratia conscripti. In quibus licet pa-  
rum exesse eam contigerit tractasse; nec tamen omnem me  
perdidisse operam, quam ei adhibui, confido. Quo autem  
statim ab initio appareat, quod in ejusdem pertractione  
usus sim ordine, sine quo nihil recti agitur. Schneidev.  
Rubr. n. 1. Inst. de hered. quæ ab intest. & quo sine qui proce-  
dit equum per caudam frenare dicitur. Waremund. ab Eh-  
renberg. lib. I. de fæderib. cap. I. n. 147. sciendum est, quod tra-  
diderim. I. Etymologiam. II. Homonymiam. III. Synony-  
miam. IV. Definitionem. V. Divisionem. VI. Causam effi-  
cientem Notariorum. VII. Personas, quæ in Notarios creari  
nequeunt. VIII. Modum seu formam creandi Notarios  
IX. Causam finalem, ob quam Notarij ordinantur. X. Requi-  
sita & Solennitates instrumenti. XI. Materiam in qua scribi  
posit. XII. Editionem. XIII. Effectum & Reprobationem  
instrumenti. Denique Contraria, quibus officium  
Tabellionatus tollitur. Quæ exigua benevolus Lector  
et qui bonique consulere & si quid forte erratum, ac minus  
appositè dictum vel scriptum invenerit, communī homi-  
num conditioni, cum sacratissimo Imperatore imputare  
velit in l. tanta 2. §. si quid. 14. C. de Vet. Jur. encl. In nullo  
enim aberrare, seu in omnibus inreprehensibilem seu in-  
emendabilem esse, divinæ utique solius, non autem mor-  
talis esse constantiæ seu roboris dicit idem Imperat. in  
l. dedit nobis. 3. §. 13. C. eod.

Auxi-

# Auxiliante Sacro-Sanctâ & Individuâ Trinitate, Deo Patre, Filio & Spiritu Sancto.

THES. I.

**R**es per verba significari, nihil nunc est necesse multis rerum argumentis probare, cùm nemo, qui vel modicè sapit, id inficias eat. Verba enim eo fine ab initio rebus imposita sunt, ut eis prolatis res ipsæ ostenderentur & intelligerentur. *Si quid ergo. In sūt. de Legat. l. ad recognoscendos. 10. C. de Ingen. mānumis.* Hinc Plato in Cratylō : Verba sunt instrumenta, quibus res significantur. Et Augustin. lib. 2. de Doct. Christian. c. 10. Propria sint verba, cùm hæc ipsis rebus significandis adhuc beantur, propter quas sunt instituta. Quæ cùm ita se habeant, indubitate verum quoque evadit & consequitur, res, si earundem verba ignorentur, non recte posse cognosci. Nisi enim homines convenienter in significatione nominum, non potest de rebus inter eos esse disputatio. Matth. Stephan. de Edict. l. 1. c. 1. n. 9. Et Scholastici dixerunt : Non potest intelligi quid rei, nisi prius intelligatur quid nominis. Verum melius ea scire non possumus, quam si comprimis in eorundem originem & derivationem inquiramus. Quà benè cognitâ atq; perspectâ, facilior nobis patet aditus ad ipsa rerum penetralia. Quò & spectat Isodor. Jun. quando scribit : Dum vides, unde ortum est verbum, citius vim intelligis ejus rei, quam cupis introspicere. Cui J. C. Scaliger Exerc. 1. Sect. 1. astipulatur, quando ait : oportet prius ipsius vocis usum cognoscere, à quo sàpenuero provehimur in rei perceptionem. Proinde etiam Philosophi & magni nominis JCTi in investigandis verborum originationibus multùm sudarunt, & in operibus & Scriptis suis, quantum fieri potuit, rebus pertractandis, datâ operâ, verborum deri-

A

vatio-

vationem seu notationem nominis præmiserunt, à nominum significatione incipiendum esse rati. Licet enim potior rerum l.17 ff. de Legib. l.3. §.9. in fin. ff. de adim. & transfer. legat. c. 6. & 8. X. de V.S. Myns. pr. Instit. de Except. n.2. prior tamen verborum ratio haberi debet arg. l.1. ff. de J. & J. l.1. §.1. ff. de pæt. Unde & Ulpianus in d.l.1. de Instit. & Jur. primum omnium initium fecit à derivatione nominis Juris, dicens id à justitia appellari. Non quidem secundum denominationem Grammaticam, quia juxta eam prius & simplicius vocabulum nondatur, à quo derivari possit; sed secundum denominationem Logicam, quā à denominante, sive abstracto, derivatur denominativum seu concretum. Idem JCtus in l.1. ff. de furt. delictum furti propositurus prius dissertit de ejusdem Etymologiâ, quām ulterius progrediatur. Hoc animo agitans non abs re fote putavi, si de Notariis, quorum officium frequentatur tam in judicialibus, quām extrajudicialibus, pro ingenij modulo qualiter qualiter impræsentiarum actūrū prius ab ipsius vocabuli Originatione, Bono cum Deo exordiar.

II. Dicitur autem Notarius vel à notando & consignando, quod dicta & acta partium, à quibus ad officium suum exercēdum rogatur, diligenter & bonâ fide notet, excipiat & conscribat, desuperq; Instrumentum solenne conficiat. d. Conf. Maxim. I. Von Notarien. §. Und in gemein zureden. ibi. Und über das / datz über sie gebetten werden/ und sie mit eignem Gesicht und Gehör in der Zeugen/die auch darauff mercken Gegenwärtigkeit entpahen haben/ Prothocollaren und Publiciren auffrechthalich und getrewlich/ ohne einig Bergung der Wahrheit oder einiges falsch/ s einmischung. Besold. in Thesaur. pract. lit. N. 16. Henr. Cnaustin. in Art. Notariat. in pr. Vel 2. à notis vocabulum Notarius descendere autumant, quod per notas & compendia citius scribere teneat. Anton. Fab. in Codic. l.4. tit. 16. defin. 18. n.1. Tholosan. Syntag. Jur. lib. 47. cap. 41. n.2. & cap. 42. n.4. Besold. in Thesaur. pract. lit. A. ii. & lit. N. 16. Rittershus. in Commentar. ad Instit. Jur. Civil. in Proœm. vers. De jure igitur. Specul. de Instrum. edit. §.9. n.26. Antiquitus enim cum duo genera scribendi usurparentur, teste Just. Lips. Epist. ad Belg. 27. Cent. 1. Adam Volckman in Informat. Notar. part. 1. cap. 2. n.2. Quorum alterum integris literis tardius aliquatenus perficiebant & Scripturam

ram appellabant; alterum notis celeriter fiebat. l.40. in pr. ff. de  
testam. milit. & Notaria dicebatur; Quo nomine non solum  
Augustin. in Collationib. oper. brevicul. & Apuleius lib. 7. de Aureo Asin.  
sed etiam Cujac. 3. Observat. usus est, vocans eam brevem quam-  
libet atque compendiariam Scriptionem, dicensque secundum  
pagani Notariam non dari bonorum possessionem, nisi inter li-  
beros, Ideo eveniebat, ut qui hujusmodi compendiariam scri-  
bendi rationem per notas, adeoque Notariam callebat, Notarius  
vocaretur Lips. d. I. Rittershus, in Comment. ad Novell. part. 6. cap. 2.  
n. 5. & 6. in fin. Item part. 9. cap. 26. n. 1. Cujac. 12. obs. 40. in fin. Johan.  
Calvin. in Lex. Jurid. vocab. Notarius. Notarius h. e. velox Scriptor,  
a fine; vel Exceptor, ab usu: vel  qui per signa-  
scribit, Rittershus. d. p. 9. cap. 26. n. 1. Tholosan. Syntag. jur. lib. 47. c.  
42. n. 4. Hinc etiam Augustin, de Doct. Christian. lib. 2. c. 26. inquit:  
Ex eo genere sunt etiam Notæ, quas qui didicerunt, propriè No-  
tarij appellantur.

III. Notæ autem hoc loco acceptæ non, ut Bornit. in tr. de  
Instr. & alij volunt, sunt literæ l. 6. §. 2. ff. de bon. posses. l. 40. ff. de  
testam. milit. Specul. de Instrum. edit. §. 9. n. 26, (quamvis nonnun-  
quam etiam pro literis l. 13. §. 1. ff. ex quib. caus. ut & pro infamiâ l. 2.  
§. 1. in fin. ff. de Decur. nec non pro scripturis publicis i. e. instru-  
mentis c. penult. X. defid. Instr. & Cicatrice l. 1. §. ult. ff. defugitiy. su-  
mantur) sed signa; Et à literis singularibus, quas sigla vocat Imp.  
Justin. in l. 1. §. 13. C. de vet. Jur. Enucl. quasi singula, quibus singulis  
singula verba & integræ voces significantur. Rittershus, ad No-  
vell. par. 6. cap. 2. n. 5. & seq. Thom. Freig. in Orat. de Antiquitat. i. ma-  
xime differunt. Sic etiam literas à notis separat M. Manilius  
lib. 4. Astronomic. Cui litera verbum est, Quique notis linguam  
superet, cursumque loquentis &c. Et Cuiac. 12. obs. ult. in fin. ex an-  
tiquissimo libro notarum, rem hisce exemplis demonstrat:  
Senatum, populumque Romanum. ait, singulis ita designari:  
S. P. Q. R. Notis hoc modo:  Senatus Consultum per  
singula sic: S. C. per Notas sic  Dolus malus abesto, sin-  
gulis ita: D. M. A. Notis ita:  Unde de plano recte ita legi  
possit, ad eundem modum scriberes facile per literas singulares,  
per notas autem hoc modo:  Item  h. e. stipula-  
A 2 tione

tione Aquiliana 59. Aspargine. En. Latumniae. Lc. Li-  
bera civitas. Vn. Viocurus : vox usurpata à Varrone.  
Lc. Virgobretus. Quanquam antiquitus notas idem, ac li-  
teras fuisse statuit Thom. Dempster in Addit. ad Antiquit. Rom.  
Johann. Rosini lib. 7. c. ult. Et credibile est, literas singulares æquè,  
quam notas in usu fuisse. Nam utraque compendia quædam  
dictionum sunt, cùm verba non prescribuntur, sed signantur  
tantum, ad celeritatem scribendi inventæ. Per eas enim, quic-  
quid pro Conciōne, aut in Judiciis aut privatim diceretur, ex  
omni parte velociter excipi poterat, vel prius interdum, quam  
dictantis vox absoluta esset. Hinc Martial. lib. 14. Epigr. 298.  
Epigraphæ est, Notarius:

*Currant verba licet, manus est velocior illis  
Nondum lingua suum dextra peregit opus.*

Idem Ausonius ad suum Notarium:

*Tu sensa nostri pectoris  
Vix dicta, jam ceris tenes  
Tū me loquentem prævenis.*

Quo scribendi modo inter cætera quoque Ciceronis ipsam,  
quam pro Milone habuerat, & Catonis luculentam orationem  
unam, quam in Senatu adversus Cæsarissentiam, de coniura-  
tis Catilianis ultimo supplicio afficiendis graviter dixerat, ex-  
ceptam & servatam ferunt Asconius, Plutarch. & alij. Notis  
etiam, postquam Cnaeus Flavius Scriba Legis actiones ab Appio  
Claudio in formam redactas, quibus olim inter se disceptarent  
homines, evulgarat, l. 2. §. 7. ff. de orig. Jur. ceperunt omnes, quæ à  
JCtis deinceps componebantur formulæ & quædam alia expri-  
mi & describi Rosin. de Antiquit. Rom. lib. 8. cap. 4. lit. A. Quæ notis  
scribendi ratio licet diu servata fuerit, tamen cùm magis diffi-  
cultatem & obscuritatem, quam res ipsæ notis scriptæ, pareret  
legentibus, dum videlicet ob varias, incertasque unius literæ  
significationes alias aliud legebatur, unde materia litium, antino-  
mia & obscuritates nonnunquam nascebantur, & citò falsum  
per eas poterat fabricari, vetuit tandem Imp. Justinian. per no-  
tas, Signa, abbreviaturas & compendiosa ænigmata scribi tam le-  
ges & constitutiones d.l. i. §. 13. C. de vet. jur. encl. quam testamenta

d.l. 6.

ad. 6. §. ult. ff. de bonor. pos. Novell. 107. c. 2. & auth. quod sine. C. de testam.  
excepto militari d. l. 40. in pr. ff. de test. milit. nuncupativo & facto  
ad pias causas. Magnific. Dn. Ordin. Benedict. Carpz. p. 3. C. 3. d.  
q. n. 3. Tiraquel. 12. privilegio pia causa d. auth. quod sine. quam deni-  
que alia instrumenta & libros Jurisprudentiae §. illud autem 8. in  
proximi. ff. l. 1. §. penult. & l. 2. C. de Vet. Jur. encl. Tholosan. Syntag. Jur.  
lib. 24. cap. 13. n. 2. Rittershus. ad d. Novell. part. 6. c. 2. n. 7. Specul. de  
Instrum. edit. §. 9. n. 26. Cujus vestigiis insistens Sacratissimus Imp.  
Maximil. I. itidem cavit, ne quisquam Notarius instrumenta sua  
per abbreviata, obscura vel ambigua verba, nec per eiphas,  
signa, vel notas, maximè non omnibus cognitas; Sed per literas  
integras, communes, legibiles & cognitas scriberet. d. Confit. §.  
Item die Notarien sollen sich auch hüten. Reusner. in tr. de testam.  
p. 2. c. 6. Quippe quod signa & cifrae facile mutati & corrumpi  
possint, utpote addendo O pro 100. centum, 1000. mille. Item  
si 5. sic sribas, facile ex quinq; si contrahas inferiorem numeri  
partem, 6. fient. Sic ex 20. absque illa notabili difficultate  
confidentur 29. &c. Hinc etiam testamentum factum à paren-  
tibus inter liberos, in quo tamen alioquin propter favorem li-  
berorum multa juris solennia remissa sunt juxta Dd. in l. 21. §. 1. C.  
de testam. l. fin. & auth. si modo. C. famil. hercis. ibi: verbis vel indiciis.  
Si notis scriptum est, non valere tradunt Cyn. & Bart. & post  
illos Anton. Hering. de fidejus. c. 11. n. 145. Johann Batter. decad. 9.  
quest. jur. controv. de testam. q. 3. Scheffer. p. 3. q. 25. Rittersh. ad Nov.  
d. p. 6. cap. 2. n. 5. & part. 9. c. 26. n. 1. Id quod verum puto, si notæ, qui-  
bus utitur testator sribens, sint inusitatæ & inconsuetæ. Quod  
etiam facit d. Conf. jam allegat. §. ibi: oder durch Ziffern/Zeichen/oder  
notas, sonderlich die nicht gemeiniglich allen bekant seind. Caeterum  
quando intelligibilius, usitatis & omnibus cognitis notis testa-  
mentum seu instrumentum scriptum est, utique sustineri posse  
statuo, cum Sichard. ad d. auth. quod sine. n. 4. in fin. l. 9. §. 8. ff. de he-  
red. inst. Dn. Carpz. part 3. C. 3. d. 4. Quamvis tutius & consultius esse  
ducam, ut semper per literas integras scribatur, tam propter er-  
rorem, quam falsitates evitandas. Maximè in scripturis & in-  
strumentis publicis.

IV. Sed pro temporum diversitate, Notariorum nomen

A 3

& offi-

& officium non uno eodemque modo usurpatum. Olim Notariorum officium servile fuit & vile, *l. sibi. 26. C de pignor. & hypoth. l. mutus 43. §. 5 ff. de procur.* Nicol. Honthem, *de art. Notar. lib. 1. cap. 7. n. i.* & aestimatus est servus notarius temporibus Justiniani 50. solidis *l. 3. in pr. C. commun. de legat.* *l. 1. §. 5. C. de commun. servo manumis.* Nam quemadmodum notas & usum per eas scribendi servi & liberti maximâ ex parte excogitasse & invenisse perhibentur, ut ex Isidoro *lib. 1. cap. 23.* constat & L. Seneca *Epiſt. 90.* testatur, quando ait: Quid loquar verborum notas, quibus quamvis citata excipiatur oratio & celeritatem linguae manus sequatur, vilissimorum mancipiorum ista commenta sunt; Ita eriam ut plurimum servi & liberti erant, qui prædocti notis & signis uti, Notarij dicebantur *l. ult. C. de serv. reipubl. manumis.* Eiusmodi enim servos plures Vet. Romani, usu typographiae nondum invento, non tantum infamulito suo pro libraiiis & amanuensibus ad excipienda & exscribenda quæcunq; & quomodo cunque, prout cuiusq; dignitas ususq; exposcebat & quodammodo videre licet *in l. 40 ff. de testam. mili.* apud se alebant, sed & publicæ utilitati & Tabulis i.e. rationibus præficiebant, unde servi publici, item Servi Civitatis vel Reipublicæ vocabantur, quod populariter rogabantur, & pro quibuslibet stipulabantur *l. 18 ff. de adopt. l. 2. C. ad l. 1. f. le 11 sur. l. 2. ff. Rem publ. Galv. l. fin ff. quod cuiusq; universi, in tantum. 6. §. 1. ff. de div. s. rer. l. 1. §. 7. ff. de question. Cuiac. ad tit. C. de serv. Reipubl. manumitt.* Quæ sane causa fuit, quamobrem Imp. Constantin. *in l. 15. C. de Decurionib. lib. 10.* omnibus Decurionibus, Consiliariis seu Consulibus, aut Scabinis, tali Notariatus officio interdixerit. Etenim cum tantum abfuerit, ut tunc temporis Notarij servi dignitatem habere dicerentur, nefas esse duxit Imperator, Decurionatus autoritatem hujus officij vilitate diminutum iri, quia licet ascendere, descendere autem non licet *l. 2. C. Quemad. civil. muner. lib. 10. l. 11. in pr. ff. de munerib. & honor.* Habito igitur hoc eodem antiqui temporis respectu verius & magis credibile est, Bartolom & Baldum cum suis affecitis *ad d. l. 15. C. de Decur. & alibi dixisse,* Notarios non habere dignitatem, sed officium tabellionatus vile esse, & infamem etiam eo fungi posse; Alioquin eorundem sententiam maximam falsitatem esse;

esse, dicit Lucas de penna, in l. 2. n. 19. C. de dignitat. lib. 12. & in d.  
l. 15. C. de Decur. Vide Covarr. pmaet. qq. cap. 19. n. 5. vers. Et sane. Ve-  
rum enim verò cùm hodiè longe alia Romani Imperij facies sit,  
& non solum dura Servorum conditio obsoleverit Schultz. in  
*Synops. Instit. de Jur. person. lit. C.* verum etiam Notarum usus, unde  
comprimis Notarios dictos superius thes. 2. demonstravimus,  
antiquatus & planè prohibitus thes. 3. à pristinis Notariis servis  
pol. Arcadii & Honorii Imp. Constat. in l. 3. C. de Tabular. nobis  
nihil, nisi ipsum nomen remansit; Et moderni Notarij (de quibus  
hic sermo est) maximè si non sint simpliciter, sed in privilegio  
cum autoritate Judicis Ordinarij creati, prout hodiè solet fieri.  
Berlich. Decis. aur. 27. Dec. in l. 1. n. 25. & seqq. C. de mandat. Princip. non  
amplius veterem illam vilem & servilem conditionem sustinent;  
sed libertatem & existimationem minimè contemnendam præ se  
ferunt. vid. Nicol. Honthemi. de art. Notar. lib. 1. cap. 14 per tot. Con-  
stat enim pro nunc, sat arduum & non infimæ dignitatis, aucto-  
ritatisque officium Notariatus esse. Covarr. pmaet. resol. c. 19. n. 5. 6.  
Æmyl. Ferret. ad L. 1. C. de mandat. Princip. n. 56. & seqq. Gleß. Gotho-  
fred. in Not. ad hanc leg. lit. L. Anton. Faber. C. lib. 9. tit. 28. def. 4. Lucas  
de penna in l. 1. n. 21. C. ut nemo ad suum patrocin. lib. 11. & in d. l. 15. n. 4.  
& 5. C. de Decur. Id quod inde patet 1. quia, ut infra thes. 14. & 19.  
dicitur, committitur à Principibus ad publicam utilitatem, qui  
sunt origo & fons officiorum & dignitatum omnium. & summa  
potestas, à quo potestates, reliquæ progrediuntur l. beneficium, 3. ff.  
de Constat. Princip. l. 3. C. de diversi. prescript. Socin. Conf. 67. Col. 1. Roland  
à Valle Conf. 100. n. 3. Vol. 4. Panorm: Conf. 6. n. 2. lib. 2. Hennig Göden  
Conf. 3. n. 23. & 24. Schrad. de feud part. 4. c. 1. n. 2. Jam verò dignitas  
est, quæ jubeat principe sustinetur l. 5. in fin. C. de dignit. lib. 12. l. 1.  
in fin. C. de domeſt. & Protect. lib. 12. & quem Princeps honorat, ab  
omnibus est honorandus. glossin. in d. l. 1. C. de domeſt. lib. 12. & l. 6. in  
fin. C. de adv. diversi. judic. ubi dicit text. Qui à nobis digni judicati,  
bi multo magis in anterioribus quoq. judicandi sunt. fac. l. 12. C. de legib.  
l. fin. in fin. C. de privileg. eor. qui in sac. palat. milit. lib. 12. 2. quia No-  
tariis in actu creationis jus aureorum annulorum autoritate  
publicâ tribuitur, thes. 31. Quo ritu palam est tribui dignitatem  
& collocari idoneos homines in superiorē ordinem, qui Rem-  
publ.

publ. vel Consilio vel armis protegat 3. quia hoc officium non  
nisi probis & legalibus viris confertur. Covar: d. pract. resol. cap. 19. n.  
5. & seqq. Et omnia fermè mundi negotia Notariorum fidei com-  
mittuntur sive inter Reges & Principes, Imperatorem, Papam,  
aut alios inferiores quosvis sint peracta, ut desuper ad perpe-  
tuam rei memoriam instrumenta conficiant Cnaustin. in Art.  
Notar. in pr. d. Conf. Maxim. in pr. Aber nach dem nicht allein u solcher  
Friedens v. v. Richterushandlungz. Denique id etiam appareat  
extenore Diplomatum, quibus traditur Comitibus Palatinis  
facultas creandi Notarios, quorum inter alia haec & similia sunt  
verba: Wir N. N. von Gottes Gnaden Erwöhnter Römischer  
Kesyer ic. Geben auch hiemit N. N. vollkommene Macht vnd Ge-  
walt/das Er an ysser statt vnd in vnsfern Mahmen die Personen so er  
darzu tauglich vnd geschickt achtet wird (welches wir seinem Gewissen  
heimgestellet haben wollen) zu Notariu/ öffentlichen Schreibern vnd  
Richtern creiren vnd machen solle vnd möge/ Also das dieselben offene  
gemeine Schreiber / Notarien vnd Richter/ durch das ganze Röm:  
Reich vnd andere vnsere Erbkönigreiche / Fürstenschumb vnd Lande  
für solche gehalten/ Auch aller vnd jeder Privilegien, Freyheiten/  
Gnaden/Ehren/vnd Vortheilen/ auch ihres Ambts allenhalben  
vnd in allen Gerichtlichen vnd andern Handlungen / Contracten,  
Testamenten / lezten Willen vnd allen Sachen vnd Geschäften/ ihr  
Amt berürende/gebrauchen/treibend/ üben vnd niessen sollen vnd mö-  
gen ic. vide Samson Herzog in tr. de Notariat. Apost. Formule 109.  
lit. C. pag. mih. 287. Et refert Anton. Faber. d. lib. 9. t. 28. def. 4. n. 2. & 5.  
apud Vercellenses & Bononienses non alias posse Notarios exi-  
stere, quam qui vel Nobiles sunt vel Doctores. Tanti igitur ibi  
haberi Notarios, eorundemque officium consequitur.

V. Hi multa sortiuntur nomina in jure gls. rubr. & ibi Dd.  
C. de Tabular. Dicuntur namque 1. Tabelliones. Novell. 44. l. 14.  
§. 3. C. de S. S. Eccles. l. 17. C. de fid instrum. d. Conf. Maxim. §. Es ist auch  
ein Notarius oder Tabellio. Besold. in Thesaur. Pract. lit. N. 16.  
Tabellarii l. u. C qui pot. in pign. Donell. Enucl. lib. 25. cap. 8. lit.  
M. O. Tabularii l. ult. §. 2. C. d. Jur. de lib. l. 1. & 3. C. de tabular. Novell.  
l. c. 2. § 1. à tabellis sive tabulis ligneis & cereis, quibus olim  
nondum

nondum papyri usu invento, instrumenta contractuum & ultimorum voluntatum inscribi consuevit Rittersh. d. loc. Bornit. de Instrum. lib. 2. cap. 12. Cnauslin. in Art. Notar. in pr. Felin. in c. Fraternitatis 4. X. de heret. Tholosan. Syntag. jur. Univers. lib. 47. c. 42. n. 3. Quamvis tabellarium & Notarium differre afferat Aemyl. Ferret. ad d. l. i. C. demand. princ. n. 57. Bornit. de Instrum. d. loc. Tholosan. Synt. jur. lib. 47. cap. 20. n. II.

VI. 2. Servi publici d. Constit. §. Es ist auch ein Notarius ibi: nach dem er ein Diener ist gemeinen Dinges. Schneidw. in §. cum autem 3. n. 7. Inst. de Adopt. c. 2. de Uffur. in 6. Besold. d. l. Specul. de Inst. edit. §. breviter. n. 14. Chilian König. in proceß. cap. de pabl. Notar. 41. §. Und in dem. Non qui libertate & ingenuitate destituantur. Didac. Covarr. pma. q. uest. c. 19. n. 5. cùm tales pro nullis l. quod attinet. 32. ff. de R. I. imò pro mortuis habeantur l. 209. ff. Eod. & hodiè post Imp. Max. I. Constitutionem, ad Notariatus officium non amplius admittantur d. §. Erstlich ibi: nicht eigene Euerhe; Lucas de Penna in l. 3. C. de tabul. lib. 10. Sed qui propriò munere serviant Reipubl. glos. in l. libertas. 4. in verbo servare ff. de stat. hom. Johann. Andr. in cap. sicut te. X ne Clerici. vel Monach. secular. negot. se immiso. & ad præviam requisitionem omnibus pariter pauperi aequè ac diviti, modo negotium sit licitum, nec de jure prohibitum d. §. ibi: So fern die sonst aufrichtiq/ ziemlich/ vnd nicht verbotten weren. munus suum, pro justi honorarij acceptance d. §. ibi: Sonderlich anss ziemliche Belohnung. Tusch. in verbo Notarius. Concl. 105. Chil. König. d. loc. pauperibus tamen gratis secundum Jason in l. nec quicquam. §. decret. in 2. colum. ff. de offic. pro cors. & legat. quia semper paupertas excusat l. nam is ff. de dolo l. 4. §. quanquam ff. de Censib. impertiri superq; eo instrumenta facere tenentur, prout etiam ab initio suscepit officij juratò solent promittere d. §. Es ist auch ein Notarius & §. Es mögen auch die Notarten. ibi: Wie sie auch des bez. Pön. im Rechten besitzen et schuldig seind. Frid. Mind. 2. de mandat. c. 53. n. 16. Harpr. §. hac actio. 12. Instit. de Injur. n. 241. & seq. Rutg. Ruland. de Commissar. p. 1. lib. 4. cap. 8. n. 15. Tusch. concl. 74. lit. N. cùm sit publicum munus, ad cuius functionem vel nolentes cogi posse certi juris est l. 16. ff. de munerib. & honorib. l. 9. ff. de vocat. muner. l. 1. de administr. tutor. l. 20. C. de suspect. tutor. In tantum, ut si hoc facere & instrumenta recipere detrectent sine sufficienti excusationis ratione,

¶ tione, perjurij sotam incurvant Mindan. d.l. Joa[n]s Andr[ea]s in d.ap.  
sicut te. Hostiens in summa defide instrum. §. quib[us] verset[ur] bi. Dec. in l.  
invitus ff. de R.I. & quod sustinent officio Tabellionatus, arbitrio  
judicis privari possint. l.9. §. i. C. de defens. civit. l. pen. C. de posseſſ.  
Schneidw. d. loc. Mēnoch. cas 369. n. 7. & 8. Treutl. vol. 2. disp. 5. §. 2.  
lt. E. Hostiens. in Summ. defid. Inſtr. §. quibus Instrumentis. Nisi Do-  
ctor, Senator, Monachus vel Clericus factus, nec se rogari passus  
sit d. Conf. §. Es ist auch. ibi: Er were denn Doctor &c. l. universos. &  
ibigloß. & Bart. C. de Decur. lib. 10. & Bild. in l. si quis C. de Episcop. &  
Cleric. Facta v. requisitione, cui locum relinquent, perinde ac alij  
edere instrumenta & publicare coguntur. d. §. Es ist auch ein No-  
tarius. ibi: Doch dieselben/ so sie sich haben bitten lassen/ sind schuldig  
ihre Embreviaturen der Prothocolln zu öffnen. Quibus porro ca-  
ribus Notarius servire & officium suum exercere non teneatur  
vide Nicol. Honthém. de art. Notar. lib. 1. cap. 10. n. 8. & seqq.

VII. 3. Judices Carthularii seu Ordinarii l. 1. & ibi  
gloss. de Judic. Rutger Ruland. de Commisſ. p. 2. lib. 5. c 7. n. 1. Mc-  
noch. 2. presump. 78. n. 1. Gail. 1. obſ. 1. n. 13. Harp. d. §. 12. Inſtr. de Injur.  
n. 241. vigore diplomatum, quibus potestas creandi Notarios Co-  
mitibus Palatinis conceditur, quorū verba interalia sic se habent:  
N.N. Divina favente clementiā Electus Romanorum Impera-  
tor semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Rex &c.  
Dantes & concedentes tibi N.N. amplam auctoritatem & fa-  
cilitatem, quā possis & valeas per totum Roman. Imperium &  
ubique locorum & terrarum Notarios Publicos, seu Tabelliones  
& Judices ordinarios creare & facere, ac universis personis  
quæ fide digni, habiles & idoneæ fuerint, Notariatus, seu Tabel-  
lionatus & Judicatus ordinarij officium concedere & dare. &c.  
Cū enim coram Notariis mandatarius constitui d. Constit.  
Maxim. I. Von Anwälten sezung. Churf. S. Procesſ und Gerichtiss  
Ordn. tit. Von den Anwälten. 7. §. Do auch. ibi: Bad wer nicht  
schreiben kan/mags durch einen Notarium vollziehen lassen. Berlich.  
p. 1. concl. 14. n. 79. Dn. Carpz. p. 1. Conf. 1. defin. 27. n. 5. Item protestatio  
gleß. in c. plerumq; de rescript. & Appellatio, quam tamen in Curiis  
Electoralibus Saxoniæ ob singulare quoddam rescriptum D. Ele-  
ctoris Augusti An. 1576. die 20. Januar. ad Præsides & Assessores.  
Curia

Curiarum editum, haud recipi testantur Zanger. *in Prælect. ad tit.*  
X. *de Appellat.* n. 74. Berlich. p. i. *concl. de Appellat.* n. 66. Donell. Enuci.  
lib. 28. c. 6. Zz. not. nec non in foro Saxo. Leuteratio, adhibitis testi-  
bus interponi. Kammergerichtis Ordin. p. 2. tit. 29. §. Item so soll ein in  
jeden. s. d. *Constit. Max. Rubr.* *Deu Appellation Instrumachten* August.  
Elect. Saxon. p. i. *Constit.* 20. Moller. & Dn. Carpz. ad hanc *Constit.*  
*def.* 1. 2. & 3. *Churfürst* Christian. 2. *Appellation* Ordin. tit. von *Appelle-*  
*lationen*/wie die angenommen. §. Diesweil aber auch. Myns. 4. obf. 44.  
Hartm. Hartm. 2. obf. tit. 19. obf. 4. Berlich. d. loc. Frid. proceß. p. iii. Rot-  
schitz proceß. p. i. c. 38. n. 9. & seq. Ut & testes recipi & examinari,  
& id genus alij actus, qui alioquin ad ordinarium magistratum  
pertinent; perfici queant, utiq; in actibus voluntariis quandam  
Idictionem habere intelliguntur. Cravet. *Consl.* 196. n. 7. Boer. De-  
cisi. 242. n. 1. Dn. Carpz. lib. 6. *Responsit.* 2. *Resp.* 28. n. 20. & seq. Tusch.  
*concl.* 70. n. 15. lit. N. Marant. *in Specul. aur.* p. 4. *dist.* 18. n. 3. Hinc præ-  
ceptū, quod fit per Notarium Debitori volenti & acceptanti, ut ad  
certam diem quod debet sit soluturus Creditori, si in Instrumentū  
Guarentigæ redigatur, æquè paratam habet executionem, ac res  
judicata & præceptum, quod ab Ordinario Judice imponitur  
debitori debitum petitum confitenti. Sichard. *ad fin.* C. *de Edict.*  
*Div.* Adrian. *toll.* n. 15. Coler. proceß. Execut. p. 10. 3. n. 14. & seqq. Tira-  
quell. *de Jur. constit. poß.* p. 3. limit. 30. n. 48. Tusch. *conclus.* 69. n. 17. lit. N.  
Mindan. 2. *de mandat.* cap. 69. n. 6.

VIII. 4. Librarii. Bornit *de Instr. d. lib.* 2. c. 12. Adam Volck-  
man *in Art Notar.* Non quod libris describendis operam locent,  
uti olim ejusmodi Librarii plures dabantur th. 4. qui libros de-  
scribebant in publicas Bibliothecas aut Augustæ domus, & poti-  
ssimum servilis conditionis erant, prout refert Isaac Casaubo-  
nus, quando lib. 14. *Animandv. in Athenaeum* cap. 4. ita scribit: Romæ  
quamplurimi vixerunt bibliopolæ seu libelliones, qui libros  
undique compositos à familiâ servorum, quos in eam rem ale-  
bant, describendos curarent; Sed quod partes ipsi diligenter  
audiant, & mentem ipsorum, adeoque totum negotium  
probè percipient & omnes actus & contractus, qui coram illis  
sunt & celebrantur, juxta eorundem substantiam, qualitates &  
solemnitates librare & æquâ lance pensitare, nec non quæ ne-

cessaria sunt accedere, sedulo facere, inque omnem partem prospicere debeant, ut subsistant, nec ex defectu aut vitio quodam tanquam nulli & frustratorij impugnari, annihilarique possint.  
d. Conf. Maxim. §. vnd in gemein zureden / so sollen die Notarien re-  
& §. vnd in einer Summa. Cnausti. in Art. Notar. Tholos. Syntag.  
Jur. lib. 47. cap. 42 n. 24.

IX. §. Protocollistæ, Scribæ, Exceptores, qui per se ipsos non per alium singulos actus coram se gestos propriâ manu fideliter excipiunt, inque protocollum suum, quod sibi suscep-  
to Notariatus officio comparare & summâ custodiâ conser-  
vare & post se relinquere tenentur Prosp. Farin. quest. 154. n. 29.  
protinus inscribant, inde in solennem debitamque formam  
postea extendos. d. Conf. §. Fürt er so b. schlen wir/ dass ein jeder Not-  
arius in alleweg geflossen seyn soll / zuhaben / vnd mit höchster Fleiß  
zuverwahren/ auch nach Zehr zuverlassen ein Prothocoll/ darin alle  
vnd jede Handlung/vor ihm ergangen/darzu er gebetten wird/ durch  
ihn selbst/vnd nicht durch jemand anders nach ihrer Ordnung beschrei-  
ben/ c. Farin. quest. 154. n. 29. Quamvis enim industria tabellionis  
nō eligatur in scribendo, adeoq; facere possit describi ab alio noto  
Notario testamentum & instrumentum à se rogatum, modo in-  
subscriptione ipsius Notarij rogati de manu aliena fiat mentio.  
d. Conf. §. Vnd wievol von Gewonheit einem Notarien geslasses/ c.  
non tamen ab initio, quando rogatur, potest alij committere,  
ut scribat. Menoch. de probat. Vol. 1. concl. 4. n. 9. & seqq. & concl. 92.  
n. 2. Cnavet. conf. 72. n. 3. Tusch. concl. 97. & 99. n. 30. lit. N. Protocollo  
verò ob negligentiam & incuriam à Notario penes se non serva-  
to, sed amissio, pœnâ arbitriâ affici posse & teneri ad omnia  
damna & interesse partium, tradit post alios Menoch. cas. 370. n.  
1. 2. 3. Farin. d. quest. 154. n. 30. & n. 35. Ratio, quamobrem protocol-  
lum apud se servare debeat, statim in d. §. Fürt er so b. schlen wir.  
Subjicitur, nimirum ut deperditis forte antea editis instru-  
mentis sive ante sive post mortem Notarij quando & quotiens  
alia instrumenta de novo fuerint edenda, vel prætextu edito-  
rum suspicio, error, dubium, vel alteratio occurrat, ad Proto-  
collum seu imbreviaturam recursus fieri possit. Specul. §. 4. n.  
38. de Instr. edit. Quo casu Protocollum æque, ac Instrumentum  
inde

inde consecutum, imo plus valet. Fulv. Pacian. de Probat. lib. 1. cap. 34. n. 65. Menoch. cas. 187. n. 20. § 21. Dn. Carpz. p. 1. Confir. 17. def. 44. Marscard. de Probat. Vol. 1. concl. 4. n. 13. Vol. 3. concl. 1243. n. 2. Alex. Confir. 105. n. 1. confir. 154. n. 12. lib. 2. Modò sufficenter omnia substantialia negotia & requisita instrumenti contineat Dn. Carpz. & Marscard. d. l. n. 26. & seqq. Bald. in Rubric. C. deside Instrum. Quanquam in Judiciis perinde, ac authenticum ex illo desumtum fidem non facere dicat G. Pap. decis. 19. Marth. in vocabulo *Protocollo*. Menoch. d. cas. 187. n. 4. Covarr. præt. quest. 20. n. 4. Quod si verò Notarius casu, vel propter pestem, vel quia domus ejus combusta, aut expilata est, aut alio infortunio perdididerit protocollo, tunc, si est deperditum ante copiam parti traditam, poterit coram judice petere examinationi testes super actu seu contractu & secundum depositionem ipsorum formare instrumentum de novo. Quando autem copiam instrumenti dedit parti, adversum eam agere poterit, ut Notario edat cum die & consule. Et tale exemplum habebitur loco protocolli & tanquam protocollo erit standum d. Confir. §. Wo zufällig eines Notarien Protocoll verlieget oder verlorenen vnd das fündlich gemacht wird/möchte der Notarius Klag führen gegen denselben er Instrumenta vor darauff gemacht vnd gegeben hätte/das wider heraus zu geben. Oder wo die nicht bekommen werden möchten / die Zeugen die darben gewesen waren/examiniren lassen/vnd darbon ein neues Protocol machen / Pacian. d. l. n. 83. & 84. Bald. in lfin. C. de edend. Lanfranc. c. 10. n. 15.

X. 6. Scriniarii c. 10. vers. ad conscribendas. de heretic. in 6. Volckm. & Cnaust. d. l. quia omnia, quæ fidei & legalitati eorumdem committuntur, silentio tegere, & in scrinio pectoris custodi-re, nec intemperanti lingua hinc inde propalare debeant. arg. l. i. f. de part. Imprimis dicta testimoniis Prosp. Farin. q. 80. n. 92. Tholos. in Syntagm. Jur. lib. 47. c. 42. n. 20. Quemadmodum etiam in actu creationis inter alia jurato promittere solent & extenore juramenti à Notariis praestandi videre licet. Unde Notarius, qui secretū sibi injunctum & sententiam Judicis ante publicationem parti detegit & manifestat, in falsi pœnam & Tabellionatus officio privandus arg. l. judices C. de dignitat. lib. 12. l. 12. C. de suscep. preposit. & arca. lib. 10. Marscard. de Probat. conclus. 1093. n. 37. vid. thes. I. B. 3. cum.

cum grave hoc crimen sit & Judici eâ in re injuriam faciat. Bor-  
nit. de Instr. lib. 2. cap. 17. Nam juxta Ovid:

Eximia est virtus prestatre silentia rebus:  
Sed contra gravis est culpa tacenda loqui.

XI. Sunt denique plura Synonyma, quibus Notarij in-  
signiuntur & nominantur. Quæ cùm hic transcribère pigeat,  
videat, qui volet, apud Cnaustin. Volckman. in Art. Notar. & alios,  
qui longâ serie ista commemorant.

XII. Definitionem Notarij quod attinet, variæ à varijs  
adferuntur. Ita enim Cnaustin. definit: Notarius seu Tabel-  
lio est persona publica, officium Tabellionatus exercens seu ge-  
rens propter publicam utilitatem ordinata, Superioris autori-  
tate munita. Sic Bornit. de Instrum. lib. 2. cap. 12. Notarius est vir  
liberæ conditionis & integræ opinionis, literarum & juris perि-  
tus, qui à principe vel Comite Palatino potestatem habet confi-  
ciendi ritè publici instrumenti. Ita Fichardus in Art. Notariat.  
Notarius dicitur is, qui ejusmodi officium exercet, & ab ijs qui  
contrahunt rerumque suarum satagunt, eo nomine requiritur,  
ut super eorum negotia ipsis ad perpetuam fidem, publicam au-  
thenticamque scripturam conficiat, habens officij sui authori-  
tatem à Papa; Imperatore, Rege vel ab aliis, quibus suam ad eam  
rem potestatem sunt impartiti, puta Comitibus, vel Vice  
comitibus palatijs Lateranensis. Nos sèpius allegatam Conflit.  
„ Maxim. I. secuti Notarium inde ita describimus, quod sit perso-  
nal libera, ad hoc ordinata, ut placita & gesta hominum, ne obli-  
vioni subdantur, per Scripturæ ministerium certæ & perpetuæ  
memoriae tradat, publicisque firmet documentis, d. Conf. in pr.

XIII. Quamvis autem multi sint, qui dicuntur Notarij,  
non tamen de omnibus idem est judicium, sed plurimum inter  
se differunt. Sunt enim alii Publici & ordinarij; alij Privati, &  
Extraordinarij; alij denique Periti, alij Imperiti.

XIV. Notarij publici creantur vel à Papâ vel ab Imperatore  
mediatè & immediatè. Specul. de Instrum. Edit. §. 8. n. 22. Tusch.  
concl. 70. n. 14. Gail. i. obs. 58. n. 1. 2. Hujus Imperiales vel Cæsarei; Illius  
Apostolici appellantur & ubique per totum orbem instrumenta  
rogare & officium Notariatus exercere possunt Specul. d. l. n. 23.  
etiam

etiam non obstante consuetudine vel statuto contrario Mascard.  
Vol.2.concl.926.n.26. quia non possunt prohiberi per legem Inferiorum, quippe qui nequeunt tollere legem Superiorum, sed voluntariam Jdictionem sibi concessam ubique prorogare va-  
lent. Tusch. h.t. N.Concl.70.n.14. & concl.72.n.1.8.13.38. & seqq. Quam  
opinionem esse de jure quidem communio rem dicit Boer. Decis.  
242.n.4. Tusch. d.concl.72.n.8. Verum de facto contrarium in-  
Franciâ servari & usu prævalere testatur idem Boer.d.loc. nimi-  
rum quod nullus Notarius Imperialis aut Apostolicus inibi  
recipere posit instrumenta, cùm sic stabilitum & ordinatum sit  
per ordinationes Regias. Hodiè tamen in omnibus terris Regis  
Franciæ Notarium Imperialem consuevit recipere instrumenta  
non obstante communi obseruantia Parisiæ in imperficiâ, tradit  
Aigid. Bellamera supra dictam communionem opinionem se-  
quens confsl.42.inci. Dominus Hugo de Cabilione.col.3.vers sed his non  
obstant. vid. Mascard.Vol.2.concl.926.n.21. Quamvis autem secun-  
dum prædicta Notarius Apostolicus & Imperialis ubique loco-  
rum officio suo uti possit, hoc tamen verum est & procedit, quan-  
do ille in terris Ecclesiæ, hic autem in statu Imperij versatur, ubi  
interque absolutè inter volentes & invitatos simul de re voluntaria  
& eâ, quæ jurisdictionem respicit contentio sam, ut de dilationi-  
bus, requisitionibus testiu&alijs, Exercitu habet, aut quādo extra  
cujusvis limites & territoriū constituentis partes in ipsos consen-  
tiūt arg.l.36.ff.de adopt. Inter invitatos autem alibi nihil possunt ro-  
gare l.fin ff. de Jdict.l.12. §.1.ff. de reb. auct. jud. posid.l.239. §.8 ff. d.V.S.  
Boer d.Decis.242.n.1. Tusch. d.concl.72.n.4.5.12. & 31. Præterea Apo-  
stolici in Spiritualibus; Cæfarei autem in temporalibus causis  
& inter Laicos tantum nec tamen contra instrumenta confidere  
possunt. Johann. Rüdinger. Cent.3. obs.89.n.2. Mindan.2.c.53.n.18.  
Johan. Fabr. in Isecundum Divi. C.de Donat. & Dom. in c.Rom. §.siper  
illum.X.de for. comp. Et confesta de rebus ad alterutrum non per-  
tinentibus nullam fidem merentur, quia istorum conversatio  
debet esse discreta. dis.4.c. Statuimus.4.ca. si2 quest.7.c.5. Specul.  
d.loc.n.27. & auctoritas cuiusq; Notarij se non extendit ultra  
Jdictionem ejus, cuius autoritate est creatus tot.rit. ff. de Jdict. Pro-  
inde etiam, si tabellio Laicus scribit vota Canonicorum inscrutio

einio electionis, non valere electionem dicunt Specul. d.l.n.28.

XV. Deinde ex Notariis publicis quidam sunt in Camera Imperiali approbati & immatriculati; Quidam non item, sed alio. quin tales simpliciter creati Rutg. Ruland. de Commissar. p. 1. lib. 4. cap. 23. n. 3. Speidel. in Notabil. lit. N. 15. Rüdinger. d.l.n. 1. Hi quamquam olim non fecerunt, ac nunc illi tam intra quam extra Cameram, in recipiendis instrumentis & Cameralium processuum executione & insinuatione facienda officio suo fungi valebant, vigore d. Conf. Maximil. I. An. 1512. edita s. In überantwortung vnd Verkündigung vnsrer oder unsrer Nachkommen Römischer Kaiser oder Könige oder unsres Kammergerichts Ladungen/oder andern Briefen / weshalb die waren/ soll ein Notarius / der darzu gebeten wird. Quæ verba generaliter loquuntur, nec inter Notarios distinguunt. Istud tamen deinceps per subsequentem Ordinat. Judic. Cameral. de An. 1555. August. edit. part. 1. tit. 39. correctum est, in tantum, ut hodiè non nisi immatriculati Notarij fiscales & alios processus, Mandata, Citationes, Inhibitiones &c. ex Camera Imperiali accipere & Electori, Principi, aut alijs insinuare & execuiri possint. d. loc. ibi: Solchen zugegenen/ ordnen vnd sezen wir / das furthm kein Notarius in Executionibus der Procesz zu gelassen werden soll / Er hab denn zuvor glaublich Bekunde von seinem Fürsten/ Herren/ Commun/ oder Obrigkeit/ dass er fidelis vnd legalis vnd auch darsür gehalten sey: darzu sein Hand vnd Signet dem Keyserl. Kammergericht vberschickt/ vnd darauf in das Rötel/ darinnen alle Notarien die juzermelter massen Bekunde haben/ geschrieben werden sollen/ eingeschrieben vnd verzeichnet. Rutg. Ruland. d. loc. n. 4. Myns. 1. obs. 78. Gail. 1. obs. 21 n. 6. Ruding. d. l. Et si citatio ab aliis insinuetur, citato non comparente, in ejus contumaciam procedi nequit, sed excipi potest de illigitimè factâ executione Myns. 2. obs. 18. Planè si pars citata ad talem executionem in JUDICIO compareat, exceptione non ritè factæ citationis tueri se nequit, sed tunc ea convalidatur, & sufficit, eum comparuisse, sive ab initio illegitima, sive etiam planè nulla intervenierit Cittatio. Myns. 4. obs. 54. & d. obs. 18. n. 3. & seqq. Hoc autem casu non sufficit simplex scriptura Notarij exequentis, sed oportet, ut ille super facta executione authenticum in strumentum conficiat,

cum



cum insertione confirmationis Judicis & Citationis, aliarumque  
qualitatum in Ordin. Canier. prædict. loc. præscriptarum, idque  
exhibeat. Myns. i. obs. 79. Gail. i. obs. 45. & 55.

XVI. Privati Notarij ordinantur ab Inferioribus Princi-  
pibus, Episcopis, Civitatibus, Universitatibus, Judicibus Ordinariis &  
Delegatis Tusch. d. concl. 70. n. 14. & Specul. d. l. Hi quanquam in dia-  
cesi & territorio creantum vel inter non subditos & extraneos  
Gabrielius. lib. i. de fid. instrum. concl. i. n. ii. validas scripturas rogare  
& confidere possint, & benè rogata in territorio probent etiam  
extra territorium Specul. d. §. 8. n. 25. vers. Non tamen nego.  
Mascard. Vol 2. conclus. 926. n. 4. Gabrielius d. conclus. i. n. 10. Egid.  
Bellam. consil. 42. n. 4. Castr. consil. 34. n. pr. lib. 2. quos refert & sequi-  
tur Tusch. d. concl. 70. n. 15. & concl. 72. n. 29. Tamen extra territo-  
rium creantis nihil possunt rogare neque in contentiosâ, neque  
in voluntariâ Jurisdictione l. 5. in fin. C. de Palat. Sacrar. largit. lib. 12.  
Marscard. d. l. n. 1. Tusch. d. concl. 72. n. 12. & 24. quia nullus debet al-  
terius tabellionis invadere terminos sed suis terminis sit conten-  
tus 13. q. i. c. 1. & in ea provincia in qua titulatus est, perpetuô per-  
severet 70. dif. c. 1. Quod secus est in Notarijs Publicis, qui circa  
jurisdictionem voluntariam benè possunt ubique officio suo  
fungi Tusch. d. concl. n. 31. ut dictum th. 14. quia cum agatur de Ju-  
risdictione voluntaria ab inferiore concessa, non potest extra  
locum concedentis exerceri Tusch. d. concl. 72. n. 22. Nisi (1) inter  
subditos Creantis Tusch. d. conclus. n. 23. Boer. d. Decif. 242. n. 2.  
Mascard. d. l. n. 13. inter quos instrumentum valet, quia ejus Juris-  
dictione inter subditos non est limitata territorio l. quero ff. desolut.  
(2) Eo permittente, qui præest territorio alieno Marant. in Specul.  
aur. part. 3. n. 104. tit. judicium. unde originem produxerit. Tusch. ead.  
n. 25. Pacian. de probat. 2. cap. 21. n. 33. & seqq. quia dum permittit,  
eo ipso approbare illum intelligitur. (3) Inter forenses de re  
extra territorium alienum sita. Castr. consil. 226. lib. 2. Tusch. d.  
concl. n. 30. Hinc Instrumentum à Notario creato à Rege His-  
paniæ, Galliæ, vel alio in terris Pontificis & Imperij confectum,  
citra jam enumeratos casus, nullam mereri fidem, affirmat.  
Bornit. de Instrum. lib. 2. cap. 13. Ruding. 3. obs. 89. n. 2. Mindan. d. loc. la-  
tius hac de re Lucas de Pen. in l. 53. n. 5. & seqq. C. de Decur. lib. 10. Sic

C

etiam

etiam nisi sint simul Notarii publ. creati, ultra limites Judicij, in quo constituti sunt, officium suum extendere nequeunt Notarij causæ, qui Actuarij, Secretarij, Protō Notarij vocantur, Berlich. p. 1. Concl. 8. Vultej. in Inst. de Act. in pr. n. 32. Et regulariter à Judge Ordinario, quām Delegato deputantur c. statutum. §. notarium. de rescript. in b. c. quoniam. X. de probat. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 65. Tusch. concl. 101. n. 1. lit. N. Rosbach. prux. Civil. tit. 8. n. 2. ut dicta & acta Judicij suo quæque ordine, loco & tempore sincerè & diligenter conscribant & servent Rosbach. d. l. n. 3. Berlich. d. p. 1. concl. 8. n. 21. Honthem. in Art. Notar. lib. 1. cap. 11. n. 19 König in Proces. d. cap. 41. v. Adde, quodciam. Ordinat. Judicaria. Elect. Saxon. tit. 2. Von den Gerichs Secretarien/ProtoNotarien, der elben Adjunctis vnd Actuaris. Churf. Sachs. Appellat. Ordin. tit. Was der zum Appellation Gericht verordnete Secretarius, bey vorigen geleisteten Pflichten angeloben soll. Quoniam enim judex in facto nihil supplere potest arg. à contrar. Lunit. C. ut quæ defunt. Advoc. sed magis secundum acta & probata, quām ex conscientiā judicare debet Donel. Enuck. lib. 26. c. 3. B. mor. Wesenbec. in Paratit. de Prob. & Presumt. n. 10. in fin. utiq. acta judicialia à legali & fide digno Notario conscribi faciat Pacian. de probat. lib. 1. cap. 65. n. 32. ut eum super factō in judicium deducto satis informare & integrabitur possint. Quæ si manca & imperfecta, aut planè non conscripta sint ex negligentia Judicis, ut integrè edi nequeant, judex parti tenetur ad interesse, & in Camerā Imperiali, quando causa per appellationem eō devoluta est, arbitrariè punitur. c. quoniam contra. II. in fin. X. de probat. Myns. I. obf. II. in fin. 2. obf. 16. Sed cūm hac in re industria personæ electa sit, & ea, quæ ad officium Actuarij seu Notarij judicij spectant, non per alium, ne per Assessorem quidem expediri possint Pacian. d. l. n. 64. Nisi specialiter ad hoc sit deputatus à Judge. Berlich. d. loc. ipsimet. Notarij causæ omnia suā propria manu scribere & registrare, nec per Amanuenses suos aut alios facere debent, uti evidenter comprobat d. Ordin. Judic. Elect. Saxon. tit. 2. ibi: Und nicht gestatten / das ohne Waterscheid einer vnd der ander von ihren Dienern / die dazunicht bestellt noch geschworen / auch manchmal derer Dinge / keinen Verstand haben/ eines vnd das andere zu registrieren vnd ein- gzeichneten.

zu zeichen sich unterscheiden möge. Cæteroquin si acta consciuntur  
ab alio, qui non est deputatus, tunc non valent & sic meretur  
d.e. quoniam contr. infin. Berl. d. concl. 8.n.43. Tuschi. d.concl.101.n.3.  
& quem ibi allegat Bald. consil. 137. antea d. Ord. Judic. Ele&t. Sax.  
tit. 2. ibi: Dadurch denn zum öftern nicht allein allerhand disputat  
circa validitatem contractuum & processuum, sondern auch wohl  
offenbare nullitäten zu entstehen vnd ganze acta vnd Gerichtsbücher  
zu des Gerichtsherrn eignen Schimpff vnd der Unterthanen gross  
sen Beschwerde pflegen angefochten vnd verdächtig gemacht/oder auch  
wohl ganz invalidirt zu werden. Quod autem fidelius Notarij  
causæ officium suum faciant, nec in unius atque alterius partis  
sive gratiam sive odium plus vel minus scribant, quam scribere  
debent, necesse est, ut ab initio sui officij peculiari juramento  
devinciantur. Pacian. d. loc. Ordin. Judic. Ele&t. Saxon. tit. 2. §. 1. ibi:  
Denselben sonderlich darzu vereyden. Hinc etiam disposuit  
Sereniss. Elect. Sax. quod Nobiles aut alijs Magistratus, si suos  
Subditos coram proprio judicio convenire velint, Notarium  
judicij, simul atque officium suscipit, vel toties, quoties ejusmodi  
actus judiciarius contra Subditos expediendus venit,  
in præsentia Subditorum ad judicium illud jurare faciant,  
processu alioquin non valente d. loc. Carpz. p. 1. Conſt. 2. def. 20. Hu  
jusmodi autem Actuarium ut maximè Notarium publicum esse  
debere tradat Berlich. d. concl. 8.n.16. § seqq. & hoc ut plurimum  
ita fieri videamus; Attamen contrariam ab eo allegatam Ma  
ranta opinionem & Tuschi concl. 70. n. 16. lit. N. veriorem esse  
putamus, cum etiam experientia testetur, multos haec tenus & in  
Superioribus & Inferioribus Judicijs officium Actuarij susti  
nuisse & satis cum laude fecisse, quos tamen nihil minus, quam  
Notarios publicos extitisse palam est. Nec obstat c. quoniam  
contra u. vers. publicam personam X. de probat. Sed potius facit  
contra assertionem Berlichij, siquidem non exclusivè de Nota  
rijs publicis tantum, sed alternativè de alijs etiam, qui non  
sunt personæ publicæ, loquitur, ut manifestè patet ex verbis:  
ibi: Aut duos viros idoneos &c. Ponit enim duos casus, scili  
cet, quod Magister actorum debet esse Notarius si haberit  
potest, sed ubi deest copia Notariorum, possunt adhiberi duo

probi & idonei viri ad scribendum acta, quorum fides aequi-  
paratur fidei tabellionis. Marant. in Specul. aur. part. 6. de act. edit.  
n. 22. In quem priorem casum solum scil. ut personis judicarijs  
ad jungeretur fidelis & legalis Notarius, etiam providit Sereniss.  
Elect. in d. Ordin. Judic. tit. 2. ibi; Sondern auch denselben einen  
tückigen vnd geschickten Notarium, der den Proces vnd andere vor-  
fallende Gerichtssachen legaliter dirigiren könne / zuordnen. Et  
in hoc est conformis cum iure Communi, & ultra non progredi-  
tur corrigendo jus commune. Ergo ille posterior casus tan-  
quam omissus per predictam Ordin. Judicariam debet rema-  
nere in dispositione juris communis l. 22 pr. ff. Solut. matrim. l. 10 ff.  
de liber. & posthu. ut evitetur legum correctio l. precipimus C. de ap-  
pellat & l. sanctimus. C. de test. Cum hodie prater testamentum  
inscriptis & Nuncupativum, etiam Judiciale detur, quod fit co-  
ram actis frequentius vel in Judicio Judice pro tribunali sedente,  
vel extra judicium eo in loco, ad quem persona ad judicium per-  
tinentes, judiciali autoritate fiere ablegati. Wesenb. in Parat. n.  
10. vers. Apud acta autem factum de testam. Carpz. p. 3. C. 3. d. 16. n. 1. & 2.  
& quos ibi refert Moll. ad Const. Elekt. Sax. 3. n. 49. Joh. Dauth. ad l.  
omnium. 19. C. de testam. n. 4. hoc loco queritur, Num Actuarius vel  
Notarius Judicij in numero personarum Judiciarum habeatur, ita  
ut testamentum coram eo & Scabino unico, qui testatore petente nomine  
judicij ad hoc ipsum missi sunt, factum, insinuatumve valeat?  
Negativam tueritur Matth. Berlich. Decis. aur. 85. n. 6. & seqq. & Ma-  
gnific. Dn. Ordinarius, Benedict. Carpz. d. p. 3. Const. 3. def. 18. ad hoc  
aliquot praedium allegantes. Verum pro Affirmativa non  
tantum Mens. Decembr. Anno 1625. ad consultationem Christo-  
phori Röders zu Leipzig; sed etiam Mens. Augst. Anno 1644. in hac  
Inclita Facultate Juridica Wittebergensi in causa Heinrich Jos  
achim Heimen Stad Richters zu Budissi pronunciatum fuit. Pro-  
pterea, quod dicta Novella Augusti tertia non in specie de Sca-  
binis vel Decurionibus; sed in genere von Gerichtspersonen lo-  
quatur. Quarum in numerum Actuarius, cum non solum aequè  
ac ipse Judex & Scabini ad judicium juraverit, verum etiam  
ut plurimum majori eruditiorne & peritiæ præditus sit, quam ipsi  
Scabini, quorum nonnulli saepius præsertim in partibus oppidis  
ne sūx

ne sua propria nomina quidem literis exprimere recte soiunt  
necum, quid sit testamentum coram actis factum intelligunt,  
haut immerito refertur. Idque eo magis, quod favorabiles sint  
ultimæ voluntates, ideoque adjuvandæ potuis, quam coarctan-  
dæ, ne, dum nimiè juris subtilitate utimur, judicia testantium  
defraudentur. *l. si quis hæredz. in fin. C. de Instit. & Substit. Moller. ad d. Conf. 3. n. 8. Verba sententiæ prioris Witteberg. à Magnific. Dn. Conrad. Carpz. concepta hæc sunt: W*en nun gleich George Plancke  
Bürger zu Leipzig / sein Testament einem Gerichtschöppen vnd dem  
Gerichtsschreiber insinuiret, Dennoch aber vnd dieweil solche auff  
sein erfordern von den Gerichten abgesetzet gewesen / vnd beyde vor  
dergleichen Gerichts Personen / welche in der Thürfürstl. Sächsischen  
Landes Constitution zu einem Testamente erforderet werden / zuachten /  
dieselbe in seinem Hause erschienen / das Testamente angenommen vnd  
ad acta publica geleget. So wird dasselbe vor beständig nicht vnbillich  
geachtet. *V. R. W.* Posterior sic se habet: Habe jhr nebenst ewrem  
Eheweibe zugleich einen letzten Willen verordnet vnnnd außgerichtet /  
vnd das derselbe dem Rath / als der ordentlichen Obrigkeit gebührlichen  
übergeben werden solle / miteinander veranlaßt etc. Wenn jhr nun  
gleich nebenst ewrem Weibe solchen letzten Willen nur dem Proto-  
notario Caspar Stoyen / nebenst Caspar Zeitlern insinuiret vnnnd  
übergeben. Dennoch aber vnd dieweil beyde Personen von Gerichts  
wegen zu Euch vnd ewrem Weibe in einer Behaftung abgesetzet /  
welche auch erschienen / den letzten Willen angenommen / vnd ad acta  
publica gelege / vnd der ProtoNotarius gleichsfalls zum Gerichten  
geschworen vnnnd für eine Gerichts Person zuachten. So wird  
solcher letzte Wille nicht vnbillich vor beständig gehalten. *V. R. W.*  
*Cum v. nemini officium suum damnosum esse debeat l. 7. ff. test.*  
*quemad. aper. l. 29. ff. Ex quib. caus. major. l. 61. § 5. ff. defurt. actuarius*  
*pro opera conscribendi & dirigendi acta sportulas & expensas*  
*judiciales à partibus petere, & Instrumenta originalia ab unâ*  
*atque altera parte in judicio producta, eo usque apud se retinere*  
*poteſt, nec edere tenetur, donec ipsi ejusmodi sportulae soluta*  
*sint, text. in l. argentarius, in pr. & ibi Dd. ff. de Edend. Non secus ac*  
*Scriptor libri, Procurator vel Advocatus, quibus jus retentionis*  
*in actis non minus, quam Sartoribus & Sutoribus in vestibus &*

calceis ex aliena materia confectis competit, quoad ipsis de honorario & pretio opera satis fiat, quia opera in re æquiparatur impensæ in eam factæ Marant. in *Specul. aur. part. 6. tit. de act. edit.* n. 59. Gail. 2. obs. 12. n. 5. Coler. d. process. execut. part. 1. cap. 2. n. 245. & seqq. & post eos Carpz. part. 2. *Conſt. 25. def. 23.* Quod & approbat Illustrissimus Saxon. Elector. *Ordinat. Iudicaria. tit. von den Anwälten.* 7. §. Schließlich sollen auch die ſentigen ſo Mandata auff ſich nehmen in alwige darauff bedacht ſeyn/wie ſie die Gerichtsgebühren von ihen Partheyen einbringen / oder in verbleibung dessen / die ſelbst zu entrichten ſchuldig ſeyn / vnd ſouften nicht zugelassen werden. Si enim Mandatarius ab initio ſui Principalis jus in judicio vivâ voce aut in Scriptis propositurus non, niſi expensas judiciales ſolvere paratus sit, admittatur, nec ejus ſive appellatio, ſive Leuteratio, ſive quæcunque literaria documenta alia, quæ producit, quibusvè aliiquid petere aut probare ſatagit, recipi debeant, prout verbis diſertiſ ſancitum eſt in jam d. §. Schließlich. Multò magisjam producta documenta & acta deinceps retineri poſſunt ab Actuario, donec ei de ſportulis ſatisfiat, cūm prius compellendi litigatores, ut ſportulas ſolvant, arctius ſit medium posteriori. Nam priori caſu facile fieri potest, ut totā cauſā cadant, niſi ſolutione expensarum antevertere existimant. Nempe ſi forſan Leuterationem aut Appellationem interpoſituri, vel documenta probatorialia oblaturi ſint, quæ tamen Actuarious ob non ſolutas ſportulas, intra debitum temporis ſpatium recipere nolit, tunc ſanè ſententiam ſive æquam ſive iniquam in rem judicatam tranſire, & terminum probatorium perimi, certi & indubitati juris eſt.

XVII. Denique omnes quidem Notarij, (prout ſcire jura præſumuntur, ſecundum Maſcard. *de probat. concl. 1098.* Menoch. 2. arbit. jud. quæſt. 144. n. 5. Farin. quæſt. 156. n. 84. Angel. in l. jubemus. C. d. teſtam.) quamvis non eminentem, quæ ſæpius varijs impedimentis obſtantibus, vel ejus cupidissimis contingere nequit, mediocrem tamen Jurisperitiam habere debent. *Novell. 66. cap. 1. gl. in l. generali. C. de tabell. Accurs. in l. generali. C. de Judic.* Rittersh. ad *Novell. part. 9. cap. 29. n. 4.* Et ad minimum ea jura intelligere, quæ Notariatus officium respiciunt, & quæ de Contractibus, ultimis

ultimis voluntatibus , deque Judicialibus & alijs quibusdam  
similibus prodita sunt. Mascard. concl. 1099. n. 18. Ut lepram à lepra  
judicare & cuique contractui & actui , quem conficiunt , suam  
formam , solennitates , clausulas & formulas ad ejus validita-  
tem requisitas tribuere possint & sciant , quid à partibus agatur ,  
quid simuletur , quoque actus & contractus coram se admittere ,  
quos autem tanquam boni viri rejicere , recusareque debeant  
*d. Const. Maxim. §.* Und in einer Summa / so sollen die Notarien  
wissen vnd merken / daß sie recht gelehrt seyn sollen / aufs wenigst in  
den Dingen / die solch Notariats Ambs betreffen ic & s. V d in gemein  
sureden . ibi : sonder mit gutem schen vnd außmerckung alle vnd jede  
Clausulen Prothocollten / dieweil die ganze Substantz vnd Krafft  
ihrer Aempfer vnd Eyden / deshalb geschworen / an dem gelegen ist  
daß sie wok vnd fleißig außsehen haben / vnd verstehen / was vor ihnen  
gehantelt ic . Guid. Pap. decis. 433. n. 1. & Sing. 407. Gail 2. obs. 77. n. 7.  
Cnaust. in art. Notar . Alias non solum turpe est ignorare id , quod  
est ex suo officio & in quo quotidiè versatur L 2. §. 43. ff. de O. J. Cin.  
& Salicet. in l. jubemus C. de testam . Sed etiā si omittatur aliqua juris  
solennitas vel clausula , ex quā instrumentū redditur nullum , po-  
tius præsumitur falsitas quam juris ignorantia , Ideoq; cum refu-  
sione ejus , quod partium interest , punitur de falso & est præsum-  
tio juris & de jure contra Notarium d. Const. Maxim. §. Und in  
einer Summa . ibi : Dieweil sie sonst ihrer Unwissenheit halber den  
Partheyen / so von ihnen versäumet werden / ihr Interesse abzulegen  
schuldig seyn . Prosp. Farin. de falso. quest. 157. n. 1. 2. 4. & 8 Cravet. con-  
sil. 75. n. 6. Fichard. Art. Notar. Tom. 2. in prefat . & quos ibi adduxit  
Fel. in c. ex literis n. 4. de fid. Instr. Bar. I. filibrarius ff. de R. J. Bols rit. de  
falso. n. 59. 67. & 75. Verum enim vero , quae comprimis in eis requi-  
ritur juris notitia , ut plurimum Notarios adeo fugit , ut multi ,  
ne literas quidem recte conscribere , aut Epistolam concipere ,  
vel vix tria aut quatuor Latina verba absque vitijis Grammati-  
calibus congrue profetre norint , & eo ipso pueris , qui in Scholis  
ob id virgis cædi solent , longè inferiores . Rutg. Ruland. de Com-  
missar. part. 1. lib. 4. cap. 22. n. 3. Cnaust. in Art. Notar . Quorum in-  
numero , dicente Dn. Carpz. part. 1. Const. 2. defin. 20. n. 1. lib. 5. Respons.  
tit. 7. Resp. 55. n. 35. Si unus reperiatur doctus & expertus , repe-  
tiuntur

riuntur viginti quinque indocti , nullam habentes juris notitiam. Ul. e & Ritters h. velut in proverbium abiisse dictum. Baldi: Imperitia Notariorum destruit mundum , & ponit conscientias bonorum virorum in magno discrimine , & Zasium Notarios indoctum pecus appellasse, dicit in tr. ad Novell. part. 9. c. 26. n. 4. Multi enim ut ait Ludovic. Roman. Singul. 52. quem etiam refert Henric. Breul. de milit. polit. tit. de Notariis n. 6. sunt similes picis & psittacis , qui stant in palatijs Dominorum & nesciunt, quid loquantur. Rutg. Ruland. de Commissar. part. 1. lib. 4. c. 23. n. 4. Alex. 6. consil. 208. n. 3. Caccialup. in l. prec. n. 8. C. de Impub. & aliis Subst. ubi dicunt : Notarios ut plurimum ignorare vim & efficaciam clausularum , ac esse instar Cantorum, qui bene cantant per prædicam & nesciunt rationem sui cantus. Mascard. d. concl. 1099. n. 17. Hoc loco redit in memoriam insigne specimen imperitiæ cuiusdam Notarij , quod Vir admodum gravis & fide dignissimus, cuius nomen hic exprimere nihil nunc est necesse, aliquoties retulit : se ipsum in chirographo , quibusdam Viris nobilibus præscripto , quod dederant Creditori suo, animadvertisse, scil. in eo inter alia etiam beneficio SC. Vellei. quod tamen solum in favorem mulierum ob sexus imbecillitatem introductum esse constat tot. tit. ff. & C. ad SC. Vellejan. renunciatum fuisse. Cujus ignorantiae tam crassæ meritò poenam luere debuisset. Sed hujusmodi fratres ignorantiae , ut eos vocat Carpz. d. p. 1. C. 2. d. 20. in pr. meritò debere suspendi & removet ab Arte Notariæ statuit Rutg. Ruland. de Commissar. part. 1. lib. 4. cap. 23. n. 4. quin potius statim ab initio ad istud officium planè non admittendi. Fulv. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 22. n. 29. & 30. prout, dum Comitibus Palatinis potestas creandi Notarios traditur, super eo ipsorum conscientia oneratur, ut non nisi dignis, habilibus & idoneis personis hujusmodi officium concedant.

XVIII. Videamus nunc , qui possint Notarios creare. Angel. in l. sicut honores. C. de muneric. & honorib. lib. 10. Existimat, Notarium quem nasci posse propterea quod , cùm officium Tabellionatus concederetur per privilegium Principis Novell. 44. in pr. Princeps alicui privilegium concedere posset , ut ipse & filij

filij sui essent Tabelliones. Qua enim cunque ratione possit  
concedi dignitas cum nasceretur, eadem ratione potest concedi  
privilegium. Tabellionatus, cum nasceretur. Rectius ta-  
men contrarium tenent Innoc. in c. veniens de V. S. in 6. Specul. de  
instr. edit. §. restat. 8. n. 22. & 24. Cravet. consil. 150. n. 1. & consil. 72. n. 2.  
dicentes: Neminem Notarium nasci, nec qualitatem & offi-  
cium Notariatus inesse à natura, sed per actum extrinsecum con-  
ferri à Principe, vel ab alio, qui autoritatem conferendi habet.  
Hinc cum facti sit, probari debet, nec in dubio præsumitur quis  
Tabellio. Specul. de Instr. edit. §. 9. n. 2. Rutg. Ruland. de Commissar.  
part. 2. lib. 5. c. 7. n. 2. in fin. Menoch. 2. præsumpt. 78. n. 2. Cravet. consil.  
72. n. 1. & 2. consil. 150. n. 2. Boer. Decis. 36. n. 7. Tusch. Concl. 93. & 94. n. 1.  
lit. N. Nisi communiter pro tali habeatur. Pacian. de probat. lib.  
2. cap. 21. n. 1. & 3. Nec adversus communem hanc opinionem con-  
stet, illum revera non esse creatum Notarium, Pacian. d. loc. n. 27.  
Aut descriptus sit in matricula Notariorum, quia matricula  
talis præsumptionem inducit, ut fundatam intentionem habeat  
ille, qui in ea descriptus reperitur. Farin. de fals. quest. 155. n. 94.  
Dec. in c. 1. n. 18. de fide Instr. Aut multos annos in possessione fuerit  
& actus exercuerit. Aut in Instrumento ex longinquis partibus  
per literas testimoniales talis afferatur Pacian. d. loc. n. 4. Farin.  
d. loc. n. 95. Aut producatur instrumentum antiquum excedens  
cursum centum annorum Farin. eod. loc. n. 97. Menoch. 2. præ-  
sumpt. 78. Pacian. allegat. loc. siquidem solet antiquitas temporis  
facere, ut omnia solenniter acta præsumantur Mascard. de pro-  
bat. conclus. 1096. n. 6.

XIX. Confertur autem Notariatus vel i. ex plenitudine  
potestatis à Papa, Imperatore &c alijs, qui mecum & supremum  
imperium & majora regalia, ad quæ & jus creandi Notarios per-  
petuit Matth. de Afflict. in c. unic. in pr. 2. feud. que sunt regalia 56.  
Chassan. de glor. mund. Aegid. Bos. tr. de Princip. & Privil. ejus.  
Borcholt. in d. c. unic. que sunt regalia. Rosenthal. de feud. cap. 5. conol.  
& Schultz. in Synops. Jur. feud. cap. 7. n. 69. Matth. Stephan. de fdict.  
lib. 2. p. 1. c. 1. membr. 2. n. 84. habent & superiorem in hoc mun-  
do non recognoscunt. Specul. de fide Instr. §. restat. 8. n. 22. Tusch.  
Concl. 70. n. 1. & 4. lit. N. Ungepauper in disput. de regal. & 2. lit. B. Schultz.  
d. loc. n. 14. & seq. Quapropter etiam Electores Imperij Nota-  
rios

rios creare posse tradit Rutg. Ruland. 2. de Comimiss. cap. 4.n.19.  
& seqq.

XX. Vel 2: ex concessione potestatis à Comitibus Palatinis, quibus hoc ipsum à Superioribus ut plurimum cum aliis regalibus vice & nomine eorundem exercendis indulgetur Specul. d. loc. n. 23. Besold. in Thesaur. Praet. lit. N. 16. Dn. Carpz. de Leg. Regia Germ. cap. 10. Sect. 10. n. 6. Chilian König in Proces, cap. de publ. Notariis 41. ibi: Und solches mögen auch die UnterHerrn thun vnd offenbare Schreiber machen / so sie des von den OberHerrn Befehl vnd Gewalt haben vnd dieselben heissen Comites Palatini. arg. lat. C. de emancip. liber. Quavis enim iura imperatoria sive regia sint individua, ut circa diminutionem Magistratus cum alijs facile communicari nequeant, Rauchbar. part. 2. q. 11. n. 31. vicariâ tamen operâ concedi possunt. arg. l. i. ff. de Offic. Prator. Fusch. concl. 72. n. 2. lit. N. Ita ut Notarius creatus ab eo, qui habet talem autoritatē à Superiori concessam, dicatur creatus a primo concedente & tantum valet, ac si ab ipso Imperatore factus esset, quia omnia nostra facimus, quibus autoritatem nostram impartimur, dicit Imperator in l. 1. §. 6. infin. C. de vet. jur. encl. gloß. Inf. de I. N. G. & Civil. §. plebis scitum. in vers. Consul. Alex. conf. 123. n. 17. lib. 4. & quicquid sit ex concessione supremi Principis, ab ipso met factum censetur c. 12. qui auctoritate. 12. de præbend. in 6. c. cum aliquibus. 4. de rescript. in b. l. 2. §. Quæ omnia. 9. C. de Jur. Vet. Encl. Jason. Conf. 129. n. 1. lib. 4. Matth. de Affl. decif. 366. v. 5. Dn. Carpz. in tr. de L. Reg. cap. 10. Sect. 10. n. 13. Cum verò non tantum Notarij ; sed & ipsorum Comitum Palatinorum creatio regale quoddam & de reservatis principis sit, uti pàulo ante probatum dedimus & Menoch. 2. præsumpt. 78. n. 8. & Schultz. d. loc. n. 66. & 69. testantur ; Sed in his quæ sunt principi reservata, excludatur omnis potestas inferiorum à principe, ita ut nemo alias, præter ipsum posit illa conferre l. 1. ff. de offic. ejus cui mandat. l. 1. C. de jur. aur. annul. Pacian. d. loc. n. 28. & 29. Myrs. Cent. 5. obs. 29. n. 1. confequitur, Comites Palatinos alios Comites creare, & concessam sibi potestatem creandi Notarios delegare, aut per alium absentes Notarios publicos ordinare, non posse Donell. Encl. lib. 17. c. 22. lit. N. Limnæ. de jur. publ. lib. 4. cap. 4. n. 58. quia ea, quæ ex Speciali legis vel Principis concessione

com-



competunt, mandari aliis vel delegari nequeunt, d.l. i ff. de officiis  
ejus cui mandata. Treutl. Vol. 1. disp. 2. th. 4. lit. E. & in istis, ubi ab Imperatore industria personæ eligitur, adeoque eidem hujusmodi privilegium conceditur, actus per alios exerceri non possunt. Menoch. lib. 1. A. 7. Quæst. quæst. 68. n. 11. & seqq. Nisi etiam hoc ipsum eis specialiter concessum sit, quemadmodum, hujusmodi privilegium olim ab Imperat. Carolo V. Gabrieli Comiti ab Orenburg & ejusdem descendantibus masculis datum esse refert Limnæ. d. loc. n. 48. quod videre licet apud Volckmamn. in Art. Notariat. Sed hic observandum & maximè notandum venit, quod Comiti Palatino de sua potestate, creandi Notarios asserenti fides non habeatur, nisi concessionem sive privilegium à Principe sibi indulatum ostendat arg. l. fidejussores. 68. §. pro Aurelio. ff. de fidejuss. l. si quis stipulatus. 112. ff. de V. O. l. i. C. de mand. princ. c. porro. 7. de privileg. Valent. Forster. lib. 6. de success. ab intestat. cap. 35. n. 10. 11. & seqq. Quod si vero Notarius creatus fuerit à Comite, qui potestatem creandi non habuit, & hoc sciverit Notarius, instrumenta ab eo confecta non valent, quia est in malâ fide constitutus & falsarius, Pacian. d. loc. n. 31. Farin. de falsit. quæst. 155. n. 93. Sin autem hoc non sciverit, sed potius contrarium credere, veresimiliter potuerit eò, quod talis pro Comite Palatino, cui ejusmodi potestas data esset, communiter habeatur & erat in quasi possessione creandi Notarios, pro qua possessione in dubio præsumitur Bal. in l. ignorat. n. 11. vers. unde ex quo Comes, col. 4. C. de his, qui accus. non possunt. cum longa possessio vel quasi alicuius juris habeatur pro veritate, uti est textus in l. i. C. de servit. & aqua. & quasi possessio probetur per quendam usum & exercitium, ut dicit Bal. in l. fin. in fin. ff. uti possidet. & l. i. ff. de offic. præfct. urb. tunc ipsius instrumenta valere non est dubium, non obstante, quod postea de privilegiis nullitate appareat, 1. per textum notabilem in c. consultationibus. 19. X. de Jur. patron. quia quemadmodum præsentatus ab eo, qui communiter Ecclesiæ patronus credebatur & erat in possessione præsentandi, jure patronatus evicto, non potest removeri, ita etiam hujusmodi Notarii instrumenta rejici nequeunt, propter identitatem rationis, quæ hic subesse intelligitur. 2. quia notarius iste habuit bonam fi-

dem: Ac gesta & contractus ejus , qui habuit bonam fidem  
quam vis non legitimè intitulatus sit , valent & facit suos  
omnes illos fructus , qui ad eum pervenissent , si fecisset legitimè  
intitulatus , vide latius hac de re differentem Pacian. *de probat.*  
*d.loc.n.70. & seqq.*

XXI. Possunt denique & alij Principes , Comites , Mar-  
chiones , Episcopi , Civitates & Universitates , Magistratus ordi-  
narij & Deputati , in suo territorio & judicio Notarios creare .  
Sic etiam Rector provinciæ in provincia suâ , & Dux Exercitus ,  
qui dicitur habere Jdictionem , quam posit exerceere , tam intra  
quam extra territorium sui Principis super exercitu suo , Nota-  
rios ordinare valent Tusch. *d.concl.70.n.4. 6. 8. & 13. 15. & seqq.*  
Chilian. König *d.loc.Spec. Not.Philipp. Meissner lib. 1.p.1. quest. 3.*  
Satler. *quest. 16. & 17.* Verum cùm hujusmodi Constituentes ab-  
soluta potestate destituantur , & Superiorem recognoscant , tan-  
tum abest , ut eorundem creati Notarij sint tabelliones publici  
& in universo Romano Imperio & alijs locis habeant potesta-  
tem & officium publicum , quod Notarij lege & jure scripto da-  
tur , sed dicuntur Notarij privati , & extra territorium crea-  
tuum instrumenta rogare & officium suum exerceere nequeunt .  
Mascard. *de probat. concl. 1098.n.44. Spécul. d.g.refat. 8. de Instrum.*  
*edit. n. 22. & 25. verf. Ego credo. Tusch. d.concl.70. Cnaustin. in Art.*  
*Notar.* Neque enim ea authoritas , qua quantum ad Jdictionem  
calium constituentium publica , receperaque est , mox etiam ,  
quantum ad aliorum Jurisdictiones publica & recepta est . Nam  
Comes aut Civitas subditis civibusque suis , qualem velit tan-  
quam fide dignum , constituere potest Notarium ; Alijs autem  
non suis , illius fidem autoritatemque invitis obtrudere nequit .  
Fichard. *Art. Notariat. Tom. 1.c.1.* Cùm econtrario Notarij à Sum-  
mo Pontifice , Imperatore vel eorum nomine à Comitibus Pa-  
latinis creati appellantur Tabelliones publici , & ubique terra-  
rum orbis Christiani , non tantum in universo Romano Imperio ,  
verum etiam in Gallia , Hispania & Anglia officio suo uti pos-  
sunt . Specul. & Fichard. *d.loc.Gail.z.obs.71.n.12. Speidel. in Notabil.*  
*lit.N.15.vid. thes.14 & seqq. Treutl. Vol.2. diss.5. th.2. lit.C.*

XXII. Ordinari autem exearique Tabelliones non pro-  
misuerunt , indifferenterque omnes possunt , quia officium eorum  
publi-

publicam adeo fidem & autoritatem, proindeque, ut supra *tb. 4.*  
dictum, quandam etiam dignitatem habet conjunctam, quam  
utramque sane à contemptu, calumniaque hominum tueri pu-  
blicè interest. Idcirco Comites Palatini præcipuâ cura atten-  
dere, diligenterque considerare debent, qui & quales sint illi, qui  
in Notarios creari postulant, prout etiam hoc ipsum in conces-  
sione, istius potestatis eorundem conscientia committitur.  
*Cnaustin.in Art. Notar.* Multi namque sunt, qui certas ob ea-  
fas ad tale officium non recipiuntur, adeoque instrumenta con-  
fiscere nequeunt. Quidam enim prohibentur ob vitium vel  
animi, vel corporis; quidam ob Sexum vel etatem, vel statum. De  
quibus singulis sigillatim dispiciamus.

XXIII. *Ex vitio animi Notarij esse prohibentur i. Furiosi &*  
*menti capti Spec. in tit. de test. §. 1. n. 88. nec valent instrumenta ab ipsis*  
*rogata licet valeant rogata ante furorem supervientem. Tusch.*  
*Concl. 71. n. 8. lit. N. Cnaust. in Art. Notar.* Etenim Notarius ipsem est  
contrahentium gestis interesse, & coram se acta benè diligenterque  
adverte & intelligere debet, *Constitut. Maxim. I. §.* Und in ge-  
thein zureben/ ibi: *Das se wohl vnd stessig auffsehen haben vnd ver-*  
*stehen/was vor ihnen gehandelt ic.* *Novell. 44.* & *ibi glöß.* & Jacob  
Cuiac. At furiosus per omnia & in omnibus judicio destituitur  
*l. 7. S. 9. ff. quib. ex caus. in pos. et. l. i. C. de falsimonet.* & loco absentis  
& quiete cantis habetur *l. 2. §. furiosus ff. de Jur. Codicill. l. 124. S. 1. ff.*  
*de R. J. Immò loco mortui Bald. in lshumanitat. in 8. Col. C. de*  
*SS. Ecclef. 2. Stulti, quò minus verè quadret & locum habeat,*  
*quod iste scribit, dum argutè Notarium appellat quasi Notar.*  
*Virum enim cordatum, inquit Cnaustin. affabilem, dilcretum,*  
*intelligentem, prudentem & humanum oportet esse Notarium,*  
*ut virtus eum facilè commendare, & gratum bonis & gravibus*  
*viris reddere possit. Nunquam enim tam excellens & pretio-*  
*fum talentum concreditum rectè dispensabit is, cuius vita, mo-  
resque cum honesto dissident & pugnant. 3. Plane rudes & le-*  
*gum imperiti. d. Constat. Max. §.* Erstlich ordnen wir. ibi: *Oder dieser*  
*unser Ordnung vnd anders so zu übung dis Ambis zu wissen ist/nicht*  
*berüchtiget. Siquidem Notarij fideles & legales esse, ac jura & le-*  
*ges scire debent, præsertim quæ ad Notariatus officium rectè*

obeyendum sufficient, ut partes coram se contrahentes de solen-  
nitatibus & clausulis ad contractus & actus, eorumque validi-  
tatem requisitis certificare, & se à contractibus & actibus à jure  
prohibitibus & reprobatis abstinere intelligent. *Constit. Maxim. I.*  
*d. §. Vnd in einer Summa. Accursi. in l. generali C. de tabell. lib. 10.*  
& post eum Specul. de instrum. edit. §. restat. n. 41. Si quæ verò dif-  
ficultates seu ambiguities in actibus coram se gerendis pro-  
casuum diversitate, quandoque occurrant, quibus se expedire  
parum norunt, desuper peritiores adire & Jctos consulere de-  
bent. *d. Constit. §. Demnach. ibi; vnd sonderlich wo in den Handlungs-*  
*gen ic. Cæteroquin si imperitè aliquid fecerint & illicitos con-*  
*tractus celebaverint, puniuntur & parti læse tenentur ad inter-*  
*esse. l. 14. §. 3. C. de SS. Eccles. l. 2. C. de Eunuch. Constit. Maxim. §. Demis-*  
*nach sollen die Notarien, ult. ibi: damit ihre Wissenschaft vnd schuld*  
*aßdern nicht zu Schaden reiche/denn sie darumb/wie obgemeld/ zuante-*  
*worten vnd Abtrag zuthun verpflichtet. Mascard. de probat. concl. 1099,*  
*n. 22. Berlich. part. 1. Concl. 8. n. 37. Dec. c. 1. n. 26. de fid. Instr. Imperitia*  
*enim culpa annumeratur l. 132. ff. de R. I. l. 7. §. fin. ff. Ad Leg. Aquil.*  
*Nec ignorantia juris excusatur Farin. quest. 154. n. 25. Ignorare*  
enim iura in ijs præsertim, quæ ad suum officium pertinent, do-  
lum arguit Farin. de Falsit. quest. 157. n. 2. *Gloss. in l. jubemus. §. final.*  
*in gloss. ult. C. de testam. & ibi Cyn. n. 4. versicul.* Nam præsumitur  
dolose versatus. Recte igitur dicit Berlich. part. 2. concl. 19. n. 54,  
Notarium, qui clausulam illam instrumento ascripsit, quod  
scil. mulierem de SCto Vellejano certioraverit, nec tamen ipse  
intelligit beneficium, debere creditori damnum & interesse  
præstare, cum hoc casu instrumentum non valeat, obligatioque  
& renunciatio evanescat.

XXIV. Ulterius qui aliorum sensuum & corporis vitio labo-  
rant, nec integrum habent percipiendarum rerum, quæ coram  
ipsis geruntur, judicium, officio Notariatus legitimè fungi ne-  
queunt, utpote *Surdi*. Quippe qui partes alicujus actus cele-  
brandi gratia ad se venientes, ipsi audire, intentionem & men-  
tem ipsorum, adeoque negotium percipere non valent, cum ta-  
men, ut de visu & auditu attestentur & partes ipsi audiant, usque  
adeo sit ex officio Notarii, ut etiam alteri delegare non possit,  
*Constit.*

*Constit. Max. §.* Die Notarien sollen sich auch hussen. ibi: noch iichts anders/ mehr oder weniger/denn was vor Ihm vnd den Zeugen darzu genommen/ gehandelt oder geschehen wird/vnd das/ so er mit leiblichen sinnen vermerckt/dieweil sich seine Gewalt nicht weiter erstreckt/in seinem Prothocoll auffschreibe.&c ibi: Denn der Gesicht vnd Gehör halb ist gnug / das der Notarius in beywesen der Zeugen sehe vnd höre. Item d. §. Vnd in gemein zureden.ibi: Vnd sie mit eignem Gesicht vnd Gehör empfangen haben. ic. *Novell. 44. Treul. disput. §. th. 2. Vol. 2.* *Mascard. de probat. Vol. 1. concl. 4. n. 9.* Mejer. in Colleg. Argentia. *defid. instr. n. 4.* Deinde *Ceci*, qui vel à naturâ: vel per valetudinem, sene&ctutem, aut alia de causa carent utroque oculo. Nam in Notario non minus visum atque auditum, & officium ipsunt; & d. *Constit. Maxim. I.* requirit pre.allegat. loc. Johann. Andr. in *Ad-dit. ad Specul. de Instr. edit. §. 8. n. 37. lit. L.* Nisi enim oculis videat Notarius, quæ coram se & testibus fiant, gerantur & habeantur, quomodo de ijs satis firmum testimonium perhibebit, & officium publicum tam arduum & laboriosum secundum præscriptam normam in d. *Constit. Maxim. I.* exercebit? Actaque & gesta in protœcollum sua mana propria referet & inseribet, Imbreviaturamque constiet? Quod tamen, ut per se ipsunt, non per alium faciat, maximè necessarium esse inculcat; d. *Constit. §.* Fürster so befehlen wir.ibi: durch ihn selbst vnd nicht durch jemand andern nach ihrer Ordnung beschrieben. & §. vnd wiemohl von Gewonheit. ibi: So soll er doch sein Prothocoll oder aufstreckung desselben durch sich selbst vnd nicht durch einen andern machen vnd ihnu. Didac. Covarr. *præl. quest. cap. 21. n. 1.* Siquidem non debet scribere, nisi ea, quæ ipse vidit & cognovit Carpz. lib. 1. t. 7. R. 62. n. 10. Bofs. *defals. n. 94.* Fallere tamen jam dicta in monoculo arbitror propter diversitatis rationem, quæ eum ad hujusmodi officium admittere, videtur. Nam Curator esse potest l. 3. C. qui dare ruto. l. unic. C. qui morbo se excusi cum tamen cæcus non possit. l. frater g. C. de excusat. tutor.

XXV. Ut maximè vero Notarius de actu muti instrumentum recipere & signa seu nutus ejus scribere possit. d. *Constit. §.* Es mag auch ein Notarius gebeten oder gefordert werden zu einem Handel eines Stummen ic. Attamen Muti in Notarios recipi non possunt.

possunt. Tum, quod Notarius partibus, maximè si in scriptis contrahere velint, pacta, renunciationes, cessiones & clausulas intelligibiliter prælegere, easque sufficienter de ijs admonere, instruere, pleneque edocere debet d. *Const. Maxim.* §. Denn nach dem die Verwillingung, & seqq. ibi: Ja alsdenn erfordert die Nothe surft / daß alle vñnd jede Puncten den Partheyen vñnd Zeugen von wort zu wort fürgelesen werden. Tum, quod quamvis regulariter quidem nejno alteri stipulari posit l. 38. §. 17 ff. de *V.O.* §. 4. & §. 18 *Inst. de inutit. Stipul.* attamen ex generali omnium ferè locorum consuetudine Notarius tanquam persona publica alteri quantumvis absenti, stipulari valeat Gotthofred. in *not. ad l. 18. ff. de adopt.* l. 2 ff. *rem pupil. salv.* Anton. *Fab. lib. 5.* *Cod. tit. ii. defn. i. n. 2. lib. 8. t. 25. d. 5. n. 1.* Anton. *Gabrielius fit. de V.O. concl. i. n. 95.* Decius in l. quo. §. nec paciscendo. ff. de *R.J. n. 2.* Tusch. *præf. Conclus.* 85. n. 32. & *Concl. 99. lit. N.* At vero stipulatio confici nequit, nisi utroque loquente per tex. expressum in l. 1. ff. de *V.O.*

XXVI. *Sexus Ratione* excluduntur *Fæminæ* à Tabellionatus officio. Quemadmodum enim Notarios creare non possunt, ita etiam ipsæ Notarij esse nequeunt, quia publicum & virile officium est Bart. in *l. impuberem* 22. in *pr. ff.* ad *L. Cornel. de falf.* At illas ab officiis virilibus & publicis remotas esse constat ex l. 1. §. 5. ff. de *postul.* l. 12. §. 2. in *fin ff. de Judic. fæmina. 2. ff. de R.J.* Tusch. *præf. Concl. 70. n. 20. lit. N.* Ob quatuor potissimum causas, quas post Bald. in *l. quotiens C. defuis* & legit, refert Petr. Wesenbec, in *tr. de R.J. l. fæmina. n. 13.* & seqq. videl. 1. propter honestatem, quæ non patitur, ut fœminæ virorum cætui sese imimisceant. 2. propter fragilitatem consilij & lubrica vota: ter siquidem in horâ mutantur. 3. propter pericula, quia rem sub secreto tenere non possunt. 4. quia moribus & consuetudine ita receptum est d. l. 12. §. fin.

XXVII. Pariter quoque ab hoc officij genere arecentur *Impuberes* ob ætatem. Cagnol. in *l. 12. §. 1. n. 5.* de *R.J.* qui nondum annum 14. egressi sunt. *pr. Inst. quib. mod. tutel. fin.* 1. quia Notarius est testis publicus & autoritate ejus testimonio seu scripture instar duorum aut trium testimoniū creditur. Atqui impuberes testimonium dicere lege prohibentur *l. testimoniū 3. §. 5.* *l. invitū 19. §. fin.* ff. de

*ff. de testib.* 2. quia hujusmodi ætatis homines nondum apti sunt ad juramentum præstandum Specul. §. 1. de test. n. 34. quod tamen Notarij ab initio sui officij necesse habent facere. Duo enim sunt, quæ dant fidem, formam & esse Notario, nimirum juramentum, & authoritas superioris ipsum constituentis Tusch. pract. *Concl. 70. n. 18. lit. N.* Mascard. Vol. 2. *concl. 926. n. 2.* 3. quia Notarij, judicio, prudentiâ, & doctrina prædicti & legitimæ ætatis esse debent *d. Conf. Max. præ alleg. §.* Bind in einer Summa ic. Sed ætas impuberum non tantum quicquid videt, ignorat. l. 1. §. *impuberis. C. de fals. moneta.* verum etiam fragile & infirmum, vel potius nullum est animi eorum judicium, referente Imp. Justiniano in §. *præterea 1. Instr. quib. non est permis. fac. test.* & JCto Paulo in d. l. cum Prætor. 12. §. 2. ff. *de Judic.* Proinde valdè periculosum & damnosum, quin iñō in civile & absurdum esset, eos in Notarios creari.

XXVIII. Porrò Notariatus officio fungi & instrumenta confidere nequeunt *Doctores Juris*, quæ tales, quāvis indistincte contrarium teneat Berlich. *in sepe allegat. decis. 27. n. ult. & part. i. Concl. 43. n. 50. & seq.* adeoque dicat, *Doctores Juris* tabellionatus officium, æquè ac Notarij creati exercere & instrumenta publica rogare posse. Evidem per dignitatem Doctoralem potestatem docendi & de jure respondendi Herm. Vult. lib. 1. *Jurisprud. Rom. cap. 2. n. 27.* Sed non conficiendi instrumenta adipiscuntur, nec simul ad hoc officium solenniter creatur, & juramento obstringuntur, quod tamen unicè dat formam & esse Notario, uti proximè precedente thesi dictum. Et ut Doctor & Notarius nomine differunt, ita etiā officio & effectu. Bornit. *de Instr. lib. 2. c. 15. v. Peritus literarum. Magnif. Dn. Carpz. lib. 6. respons. tit. 2. respons. 18.* Ubi adhuc casum præjudicia quædem allegat. Quod si vero Doctores Juris simul sint Notarij publici, tales nempe, priusquam summos honores & privilegia Doctoralia obtinuerint, creati & se rogari permiserint, quin instrumenta confidere, & ab illis confecta valeant & plenam fidem mereantur, extra omnem dubitationis aleam possum est. Quod facit *d. Conf. §.* Es ist auch ein Notarius oder Tabellior ic. ibi: Er were denn Doctor, ein Rathsherr / Mönch oder Clericus, Doch dieselben / so sie sich haben bitten lassen / seind schuldig

Ihre Umbrevaturen der Prothocollen zu eröffnen vnd seind solche Ins-  
trumenta von Würden. Quibus in terminis etiam loquitur  
responsum Lipsense ab eod. Berlich. adductum in d. decif. 27 n. 10.  
si paulò altius inspiciatur. Exinde tamen argumentari non  
licet ad Doctores juris, qui minime Notarij publici sunt ordina-  
ti, prout facit Berlich. d. loc.

XXIX. Similiter etiam res sese habet cum *Monachis & Cle-  
ricis in sacris Ordinibus constitutis*. Qui ut maximè regulariter  
Notarij fieri & instrumenta rogare prohibeantur. cap. sicut te. g. X.  
*Ne Clerici vel Monachi*. Farin. in fragment. Criminal. lit. C. n. 212.  
Comprimis si habeant sufficientia beneficia ad vivendum. Farin.  
d. loc. n. 227. propterea, quod non tantum illis tanquam mortuis  
publica negotia, quale & officium Tabellionatus est d. l. generali.  
*C. de Tabellion.* sint interdicta l. placet. 17. *C. de Episcop. & Cler.* 16. quest.  
i. can. placuit. i. & 8. Sed etiam, quod absurdum, quin etiam op-  
probrious esse Clericis, si peritos se velint disceptationum  
forensium ostendere inter cetera prescribatur in l. repetita. q. t. C. de  
*Epis. & Cleric.* cùm potissim divinis officiis & sacra Scriptura va-  
care debeant, nec se immiscere rebus secularibus & iis, quæ in-  
foro aguntur l. *sancimus*. 53. §. i. C. d. tit. Attamen si Monachi & Cle-  
rici verè sint Notarij, sorte, ante suscepit Monachatum & Cle-  
ricatum tales autoritate, publica constituti, non solum eum  
actum, quem instrumentandum in se receperunt, priusquam  
Clerici & Monachi effecti sunt, absolvere & authenticare bene  
possunt Farin. d. loc. n. 235. Verum etiam, si velint, nec eis publicè  
& solenniter interdictum sit Notariatus. exeritum Farin. d. loc.  
n. 241. postea nova negotia recipere, deque ijs valida Instrumenta  
facere queunt, d. Conflit. Max. allegat. §. Es ist auch ein Notarius oder  
Tabellio re. ibi: Er wäre demu Doctor, ein Raths Herr / Mensch / oder  
Clericus. Specul. de fid. Instr. §. refat. 8. n. 29. in fin. Farin. d. loc. n. 238.  
Tusch. d. Conclusione 71. n. 1. Maximè si nulla beneficia habeant,  
de quibus vivere queant. Farin. d. loc. n. 227. Covar. p. m. t. quest. c. 19.  
n. 8. aut causa hæresis subsit. c. i. c. §. verum. de heretic. in 6. aut sint  
Notarij Papæ & ab eo creati, qui minime possunt prohiberi ab  
Episcopo confidere instrumenta Farin. d. loc. n. 237. per suprà posi-  
tam rationem, ib. 14. scil. quia Inferiores non possunt tollere le-  
gum. 3. periferunt.

XXX

XXX. Item à Tabellionatus officio repelluntur Servi.d.t.  
generalii.C.de Tabellar.lib.10. Tusch. d. Concl. 71.n.10. suprà thes. 4.  
Libertos tamen posse tradunt per l.fin. C. de Serv. reipubl. manu-  
mis. Specul. de Instr. edit. §. 8.n.30. Infames. Treutl. p.1. disp. 8.th.8.  
lit.D. Covar. pract. quest. cap. 19. n.5. Boer. quest. 222.n.8. contra  
opinionem eorum, quos allegat Wesenbec. in Panitit. de his qui  
no. infam. n.8. Siquidem Notarius integræ famæ & bonæ existi-  
mationis, probatæque vitæ esse debet. Menoch. 2 presumpt. 81.n.  
2.cir fin. Et, teste Fichardo & Lucâ de Penna in l. 15. C. de Decur.  
lib.10.n.4. Tabellionatus officium non tantum honor & digni-  
tas l. 1. C. de Mandat. Princip. suprà th. 4. Chassan. de glor. mund. part.  
II. confid. 19. Sed etiam publicum munus est, cùm tabellio auto-  
ritate publica utatur. c. cum dilectus X. de fid. Instr. c. cum F. Tabellio.  
X. eod. At vero infamia efficit quem & ab honoribus l. 2. C. de  
digr. lib. 12. c. inter dilectos X. de Excess. prelat. c. Infamibus. 87. de R.I.  
in 6. Hart. Pift. lib. 1. quest. 30. n.37. & ab officio publico alienum  
gloss. in l. 2. §. miles verb. Sacramento. ff. de his qui not. infam. Pa-  
norm. in c. sciscitatus. X. de Rescript. Deinde, quia autoritas Notarij  
maximè consistit in legalitate & fide ipsius, siquidem in principio  
creationis suæ solet jurare, se legaliter i.e. cum fide & verè in-  
strumenta confecturum, contra quam si quis fecerit vel instru-  
mentum de Contractu usurario rogando, vel aliud aliquid  
committendo, infamiâ notatur, obque eam à Tabellionatu re-  
movetur, ita ut de cætero non possit instrumenta facere, secun-  
dum Hostiens. in Summ. de Usur. §. ult. vers. quid de Notariis vid.  
infr. th. 56. Quæ sanè poena infamiae & remotionis in hujusmodi  
falsarios constituta nullum posset habere usum in infamibus,  
nec ejus metu, si ad hujusmodi officium admitterentur, à perfi-  
diâ & malè gesto unquam absterrentur, cùm jam ante existi-  
matione & famâ privati fuerint: Unde & Infideles, & heretici  
notorij, eoque nomine damnati, auth. Gaziros. C. de heret. & Mani-  
chæ. Myns. obs. 43. Cent. 3. Baniti, Proscripti, Perfidii, Periuri, Judai  
Jas. in rub. ff. de oper. nov. nunc. n.3. & cap. 31. Const. 17. quest. 4. & Ceteri,  
qui à testimonio dicendo repelluntur, aut malis moribus prædicti  
sunt, ad officium Notariatus aspirare non possunt. De quo  
manifesta extat Sanctio Imp. Maxim. I. in d. Constat. §. Erslich ord.

nen wir das vñser den Personen/ so approbiret oder von neuen insti-  
tuiret werden/ ihres Standes vnd W: sens halber Unterschied gehab-  
ten vnd Auffmerckung gehabt werde / damit nicht die / so darzu von  
Rechten verbotten / Als Ungläubige/ eizene Leuthe / Ehrlos Infames  
genau/oder dieser vñser Ordnung vnd anders/ so zu übniß disz Ambts  
zu vñssen noth ist / nicht berühtet / oder im Geistlichen Baun / oder  
vñser vnd des Reichs Acht waren / vnd in Su mma alle die in Rechten  
zu zeugen verwoffen werden/ dieweil sie an stade der Zeugen gebraucht  
werden. Sic etiam qui semel ex falso criminis tabellionatus officio  
publicè privati sunt , non poterunt amplius de novo creari No-  
tarij & reponi in possessionem tabellionatus, etiam si fuerint à  
Principe famæ restituti. Lucas de Penna in l.12. C. de Systepta & Ar-  
car.lib.10. Novell.85.c.fin.l.judices.C.de dig. lib.12. Pacian. de Probaro  
lib.2.cap.21.n.102.& 104. Imò quoties se ingerunt, toties de novo  
falsum committunt l.eos. §.quasi ff.ad L.Cornel.de fals.Pacian.d.loc.  
quia Notarius semel falsarius & de falso condemnatus non  
potest confiscere alia instrumenta , nec postea confessa valent.  
Menoch.5.pr. sumpt.21.n.4.Farin.de fals.quest.155.n.33.& seqq.

XXXI. Formam & modum creandi Notarios quod atti-  
net, ea in certis quibusdam requisitis consistit. Nam primum  
omnium, quibus ad tabellionatus officium adspirare animus est,  
sibi istud conferendum è, quā par est & deceat, observantia ab  
iis petere debent, quibus hujusmodi potestas competit. Invito  
enim beneficium non datur l.3. §.3 ff. de bonor. p.9. vid. Satler. in  
Thesaur. Notar. p.1. cap.14. Wie man vñb das Notariat Ambt bitten  
 soll. Post deinde examen subire neesse habent, cum primis in  
materia contractuum, ultimarum voluntatum & processus ju-  
dicialis, quippe circa quæ officium Notariatus potissimum ver-  
satur. Lucas de Penna in l.1.inpr.C.de Tabull. n.1. quævè inter  
alia Notarius bene cognita & perspecta habere debet. Cum  
enim istud officium gravissimum & periculosisimum sit. Breul.  
de milit.politic.tit.de Notariis. n.6. adeoque non nisi habilibus &  
dignis personis concedendum d. Constat. Maxim. I. §.jam proximè  
allegato, Mindan.2.de mandat.cap.69.n.8.infin. utique sine prævio  
examine neminem ad illud admitti convenit, nisi antea de ipsius  
habilitate & legalitate satis constet. Examen enim manifestat,  
 utrum

utrum quis dignus sit, qui Notarius publicus creetur, nec n*on*.  
Sed plures sine examine creatos esse seipsum s<sup>e</sup>p<sup>e</sup> vidisse refert  
Rutg. Ruland. *de Commissar. part. i. lib. 4. cap. 23. n. 4.* Quod etiam-  
num hodiē häud rarō fieri experientia testatur. Quam causam  
esse dicit idem Rutg. Ruland. *allegat. loc.* quamobrem numerus  
imperitorum Notariorum hodiē numerum doctorum Nota-  
riorum si non supereret, tamen æquaret. Verum, ut inquit  
Cnaustin. in *Art. Notar. pag. m. 13.* in Reimpbl. commoda-  
que publica non minimum peccant illi, qui tales creaturas,  
monstris quām Tabellionibus similiores, in officinam publicam  
Notariorum totius orbis mittunt, rei literariæ vere pestes & exi-  
tium, ignominia & dedecus. Mindan. *d. loc. n. 9.* In Camera Impe-  
riali, quæ Spiræ est, Notarij, antequam approbentur & in matr-  
iculam recipientur, rigorosè examinantur, prout demonstrat  
Visitation Abschied de Anno 1560. Nach dem auch hin vnd wider viel  
Notarien. ibi: So segen vnd wöllen wir / das hinsüster an diesen  
Reyserl. Cammergericht keine Notarien approbiret vnd inseribiret  
werden sollen/die seyn dauerz zuvor an diesem Reyserl. Cammergericht  
durch darzu verordnete / de rigore examiniret se. Item Visitation  
Abscheid Anno 1561. Von den Notarien/ so sich am Reyserl. Cammer-  
gericht zu immatriculiken begehren. Frider. Ortlep. *in Exam. Notars.*  
*Immatricul. per tot Mindani. d. loc. n. 9.* Hinc Notarios immatricu-  
latos, propter prævium speciale examen, majoris esse dignitatis,  
quām Notarios ab aliis creatos tradit idem. Rutger. Ruland.  
*d. loc. n. 3.* Facto v. evamine, si, creandi ad hujusmodi officium  
exercendum omnino habiles & sufficientes deprehendantur,  
juramentum coram Notario & testibus præstare tenentur, quod  
instrumenta contractuum, ultimarum voluntatum, Codicillo-  
rum, Testamentorum, quæunque judiciorum acta & omnia  
alia & singula, quæ sibi ratione officij facienda & scribenda oœ-  
current, justè, probè & fideliter, omni simulatione, falsitate &  
dolo remotis, scribere velsint, in membranis vel papyro & non  
in chartis abrasis; nec non sententias & dicta testium, donec  
publicata fuerint & aperta, sub secreto retinere & omnia recte  
facere, quæ ad ipsos pertinebunt, uti ex tenore cuiusvis Notarij  
juramenti latius appetat, quod ut plurimum Instrumento crea-  
tionis inseri solet. Postmodum præfito juramento, Notarij publi-  
ci &

ci & Judices ordinatijs à Crantibus renunciantur, & per calamarij, chartæ & pennæ traditionem de officio Tabellionatus investiuntur, applicato insuper eorum digitis aureo annulo & bireto simplici imposito, ut instar auri puram conscientiam & constantiam servantes falsitatem fugiant & sine respectu personarum fideliter procedant, nec non utantur, fruantur omnibus & singulis privilegiis, juribus, honoribus, immunitatibus & libertatibus, quibus hujusmodi creati Notarij gaudere solent. Denig, quo instrumentis publicis per novellos Notarios conficiendis eo firmiter stetur & plena fides adhibeatur, singulis singulare & præ cæteris proprium Signum, quod vulgo Notariat Signet vocatur, conceditur, quod in imâ parte instrumentorum apponant, eoque ipso instrumenta corroborent & muniantur. Bornit. de Instr. lib. 2. cap. 16. vers. præterea uti ex literis testimonialibus singulis Notariatus patet.

XXXII. Notarij autem propterea ordinantur, ut instrumenta publica conficiant super contractibus, testamentis, actibus judicialibus, utpote testium examinatione, appellationum & Leuterationum interpositione, multisque alijs, ne placita, vota & gesta hominum oblivione obruantur, sed ad perennem, rei memoriam publicis firmentur documentis d. Constat. Maxim. I. in pr. ibi: Dadurch die Handlung vnd Willen der Menschen/damit sie nicht in vergessen gesetzt / durch mittel der Schrifff: in ewiger Gedächtniß behalten/vnd durch glaubwürdige offene Befunde befestigt werden. Est enim potestas & officium Notarij publici instrumenta conscribere Bornit. de Instr. lib. 2. cap. 17. Quamvis etiam ea instrumenta publica dicantur, quæ in judiciis autoritate judicis exemplificata & authenticata apud acta publica scribuntur. Mascal. quest. 6. n. 77. Item quæ de archivo seu armario publico producuntur l. 10. ff. de probat. l. ult. C. de re jud. cap. ad audienciam 13. X. de praescript.

XXXIII. Cæterum ad confectionem instrumenti Notarij publici, ut valida sit, adhiberi debent certa quædam Requisita; & Solennizates. Vide Welenbec. in Parat. ff. de fid. instrum. n. 5.

XXXIV. Primò namque necesse est, ut is, qui hujusmodi instrumenta conficeret velit, sit legitimè creatus Notarius Rutg-

Ruland.

Ruland. de Commis. part. 2. lib. 5. cap. 7. n. 2. Harpr. in §. Item L. Cornel.  
de fals. Instit. de publ. judic. n. 7. Ille enim, qui ad hoc nullam habet  
potestatem, instrumenta firma rogare nequit, nec valent, quæ à  
non Notario rogata sunt, Farin. de falsit. quest. 155. n. 91. Sichard. ad  
l. 4. C. de fid. Instr. Idem Sichard. in l. 1. C. de testament. n. 23. Treutl. Vol.  
2. disp. 5. §. 2. lit. B. & ibi Bachov. Sive ante, sive post conditionem  
illius detectam, quia semper falsarius fuit. Pacian. de Probat. lib. 2.  
cap. 21. n. 38. v. sed mihi videtur. Nam inter cetera ad formam essen-  
tialē instrumenti requiritur, ut à Notario publico conficiatur,  
ut notant omnes in c. i. X. de fide Instr. & Azo in Auth. de Instrum.  
aut. At forma ad amissim observari & impleri debet, cuius  
omissio in qualibet vel minimâ particula vitiat totum. Magnif.  
Dn. Ordin. Carpz. lib. 6. respōns. tit. 2. resp. 18. n. 18. & 19. cum ibi alleg. u.  
Unde etiam, si opponatur contra instrumentum, quod iste, qui  
scripsit, non fuerit Notarius, maximè cum ignotus sit, Notaria-  
tus à producente instrumentum probari debet, non aliter atque  
Clericatus. Specul. in §. 8. de Instr. edit. n. 24 in fin. Boer. Decis. 36. n. 10.  
Cravet. consil. 72. & consil. 150. n. 2. item consil. 122. n. 16. Tuschi. Concl. 93. n. 7.  
tit. N. Mascard. Vol. 2. conclus. 910. n. 2. & 6. Vasqui. Tom. 2. lib. 1. §. 3. n. 22.  
Tholos. Syntag. Jur. lib. 48. cap. 14. n. 9. (1) quia ignoto notario non  
tenemur adhibere fidem, vel ejus instrumento, est casus in cap. i.  
X. de Cleric. peregrinant. (2) quia affirmanti incumbit  
probatio l. actor. 23. C. de probat. (3) quia qualitas est, & in facto  
consistit, nec inest à natura Mascard. de probat. concl. 1096. n. 1. Me-  
noch. 2. pr. sumpt. 78. n. 2. in fin. Specul. de instrum. edit. §. resp. 8. n. 24.  
Atque ea, quæ facti sunt, non præsumuntur l. 13. §. 2. ff. de Public. in  
rem act. l. 12. §. 2. ff. de captiv. & postlim. Nec sufficit ad relevatio-  
nem producentis, quod conficiens in instrumento se asseruerit  
Notarium, sed aliter debet probari. Mascard. d. loc. n. 2. Specul.  
d. §. 8. n. 39. Boer. Decis. 36. n. 7. & 8. Cravet. Consil. 72. n. 2 in fin. consil. 150.  
n. 1. Tuschi. Concl. 83. n. 35. tit. N. Cùm notario attestanti de aucto-  
ritate sibi concessâ sine adminiculo non credatur, nisi probetur  
Mascard. d. loc. n. 2. Fieri enim potest, ut quis conficiat instrumen-  
tum, ei que subscribat se Notarium esse, cùm tamen non sit, eoq;  
falsum committat l. 2. ff. de fid. Instr. l. fin. C. de Edit. D. Hadrian. toll.  
Terrar. inform. oppo. contr. instrum. in verb. non fuit, nec est publicus ex  
not.

tot. Sichard. d. loc. Quo casu punitur poenam mortis Farin. quæstio.  
104. n. 13. Menoch. lib. 2. Cent. 4. cas. 320. n. 9. Boss. de fals. n. 131. quia  
delinquit in ipsum Principem, à quo potestatem habere finxit.  
Bald. in l. data opera. n. 50. C. de iis, qui accus. non pos. arg. l. 1. C. deprivat.  
carcer. Quomodo autem Notariatus probetur, vide Tusch. Concl.  
94. lit. N. Eichard. Art. Not. Tom. 1. sub tit. var. quæst. 3. Mascard. de  
probat. concl. 1097. Specul. de Instr. edit. §. 8. n. 39. & eos, quos allegat  
Farin. d. quæst. 104. n. 15. Quod si vero non opponatur à parte,  
quod ille, qui fecit instrumentum, non fuerit Notarius, aut iste,  
de quo adhuc dubitamus, an talis sit, in longâ possessione Ta-  
bellionatus fuerit & publicè officium exercuerit, vel instrumen-  
ta antiquissima sint, puta centum annorum, aut Notarius à parte  
impugnante semel approbatus fuerit etiam in alia causa. Tusch.  
concl. 93. n. 9. & 10. nec judex per se debet require probationem  
Notariatus, sed presumitur pro instrumento & Notariatu, &  
contrarium dicens tenetur probare. Tusch. d. concl. 94. n. 32.  
Mascard. concl. 1096. n. 5. Boer. decis. 242. n. 4. circ. fin. Menoch. 2. præ-  
sumpt. 46. n. 18. Cravet. consil. 150. n. 2. consil. 122. n. 16. Pacian. de Probat.  
lib. 2. c. 21. n. 40. 41. 42. & 57. vid. tb. suprà 18. Maximè quando quæstio  
tabellionatus non versatur principaliter inter ipsum Notarium,  
sed saltē inter Partes. Pacian. d. loc. n. 46. & 47. Sanè in Camera  
Imperiali Appellationis instrumenta non recipi, ubi non con-  
sistet de creatione Notarij, testatur. Bornit. de Instrum. lib. 2. cap. 22.

XXXV. Deinde ad hoc ut scriptura Tabellionis fidem-  
faciat, requiritur, ut Notarius ad confectionem instrumenti à  
partibus specialiter sit rogatus Novell. 44. cap. 1. in pr. & ibi Gotho-  
fred. in not. lit. M. d. Confit. Maxim. §. Und nach dem. ibi: Die dann  
allwege darzu gebeten / oder erfordert werden ic. item §. Es ist auch  
ein Notarius. ibi: Darüber er gebeten wird. Wesenb. in Parat. de  
fid. Instr. n. 5. Ayrer in proceß p. 1. cap. 9. obs. 9. n. 44. Specul. de Instr. edit.  
§. 2. n. 13. & §. 3. n. 4. Treutl. 2. diff. 5. tb. 2. Tum quia Notario & ejus  
attestationi in iis, de quibus non est rogatus, non creditur.  
Tusch. Conclus. 83. n. 3. Tum, quia haec solennitas extrinseca est.  
Menoch. 2. præsumpt. 81. n. 2. Boer. decis. 35. n. 7. sine qua Notarius in-  
strumentum confidere nequit Mascard. de probat. Vol. I. concl. 4. n.  
21. & concl. 101. n. 1. Wesembec. in Parat. d. loc. n. 3. in fin. Quod si vero  
ultrò

ulcrō & spontaneo motu se ingerat , suspectus fit *arg. 1.25 ff. de Procurat.* Bachov. *ad Treutl. d. Vol. 2. diff. 5. th. 2. lit. C. in j. a.* Chilian König in proceß. cap. de publ. Notar. 41. §. Und wenn einer. ibi: Und ob wohl. & arbitrio judicis puniri potest. d. §. Es ist auch ein Notarius. ibi: Wohl möchten dieselben vmb das darin sie sich willig geben hätten vnd übersahrung des Gebotts / getüsset werden. Hinc cauti Notarij , quo magis constet de rogitu sibi facto & instrumenta à se recepta valeant, consuevēre, in iis inter alias & hanc adhibere clausulam utilem, scil. se rogatos esse, hierzu insonderheit requiriret vnd erbetten, prout etiam illud postulat. d. Conſ. §. Und nach dem. ibi: Und von derselben bitung oder erforderung anzeigen gehan werden soll. Cui clausula & assertioni Notarij plane creditur, Menoch. 2. *præsumpt. 79. n. 9. & 10.* Mafcard. *de Probat. Vol. 1. concl. 4. n. 22. concl. 1101. n. 5. & 9.* Vasqui. *de Succession. tom. 2. lib. 1. §. 3. n. 20.* Tusch. *concl. 83. n. 1. & n. 75. lit. N.* Quæ tamen omissa haut vitiat instrumentum, modò non dubium sit, quin requisitio verè intervenerit. Sin autem rogitus neque ex instrumento, neque ex conjecturis, quas referunt Menoch. 2. *præsumpt. 81. n. 8. & seqq.* & Boer. *decis. 35. n. 7.* aut aliundè appareat, talis defectus reddit instrumentum vitiosum, ita ut illi nulla fides habeatur. Boer. *d. loc.* Mafcard. *d. concl. 4. n. 21.* Nam in dubio Notarius non præsumitur rogatus. Menoch. 2. *præsumpt. 81. n. 1.* Boer. *d. decis. 35. n. 7.* Mafcard. *d. l. & concl. 1101. n. 1.* Vasqui. *d. loc.* Quo casu rogitus probandus erit, quod per duos testes fieri potest. Mafcard. *d. concl. 1101. n. 21.*

XXXVI. Cæterū rogari debet expreſſe ab omnibus & singulis, de quorum præjudicio agitur, in his, quæ fiunt utriusque partis gratia. Specul. *de instr. edit. d. § 3. n. 5.* Mafcard. *Concl. 1099. n. 36.* Ayr. *in proceß. p. 1. cap. 9. obf. 9. n. 44.* Alias instrumentum quoad eam partem sive absentem sive præsentem, quæ non rogavit Notarium, non probat plenè, neque præjudicat. Rittershus. *ad Novell. p. art. 9. cap. 24. n. 23.* Alex. 3. *cons. 37. n. 4.* Tusch. *concl. 75. n. 13.* Quamvis sint aliqui casus, ubi valet rogitus unius partis tantum & duplicatur, quos recenset. Bal. *consil. 454.* Qua verò ab unius voluntate dependent, ut protestatio, repudiatio, hereditatis aditio, testamentum, appellatio, leuteratio, & similia. Alex. *lib. 2. consil.*

constit.110.3. vers. hanc conclusionem.. in iis sufficit Notarium ab  
illa parte, cuius gratia sicut, rogatum esse, licet non fuerit roga-  
tus ab alia parte. Specul. d loc. Wesemb. in Parat. de fid. Instr. n.3. in  
fin. Boer. d. decisi. 35. n.1. & 2. Sanè in donatione, vel liberatione,  
que ut maxime respiciat favorem, donatarij tantum, tamen  
ab utraque parte debet Notarius rogari. Boer. d loc. n.3. Tusch.  
d. concl. 75. n.6. Rogari autem potest de duobus tantum sensibus,  
visu nimis & auditu. Mascal. de Probat. concl. 1100. n.1. quia  
plus scribere nequit, quam quod propriis videt oculis & auribus  
audit, quodvè coram e & testibus ad hoc exhibitis, inter partes  
actum, gestumve est tempore actus, non antea vel postea inter-  
vallo. De aliis vero sensibus, ut odoratu, gustu & tactu non, nisi  
ex testium dicto, qui coram eo odorent, gustent vel tangant &  
desuper testentur, rogari, & instrumentum confidere, potest  
d. Constit. Maxim. §. Die Notarien sollen sich auch hüten, ibi  
noch ihres anders mehr / oder weniger/ denn was vor ihm vnd den  
Zeugen darzu genommen/ gehandelt oder geschehen wird/ vnd darum  
es zu zeiten derselben Handlung/ vnd nicht einer andern zeit davor od.  
darnach/ gebeten wird/ vnd das/ so er mir leiblichen Sinnen vermerkt/  
dieweil sich seine Gewalt nicht weiter erstreckt / in seinem Prothocoll  
außschreitet oder Instrument darüber macht. Aber im denselben  
Sinnen ist unterscheid zumachen/ denn der Gesicht vnd Gehör halb ist  
gnuz das der Notarius in bewesen der Zeugen sehe vnd höre. Aber  
der andern Sinnen halb/ als mit versuchen/ kosten/ tasten/ riechen oder  
schmäcken ist noch/ das die Zeugen vor ihm kosten oder versuchen/  
tasten oder riechen, vnd weß sie durch ihre Sinnen empfahm/ vor den  
Parthenen/ Zeugen vnd Notarien bezugen/ darum von diesem bezeugen/  
aber nicht von seinem ei gen versuchen oder kosten/ tasten noch ge-  
ruch/ mag ein Notarius krafftiglich bezeugen. Joh. Andr. in addit. ad  
Specul. de Instr. edit. §. 8. n. 37. lit. L. Nocturno tamen tempore No-  
tarius, nisi ex urgenti causâ, quam inserat instrumento, puta-  
si quis ita langueret; ut è vest' gio necesse haberet testari, accen-  
sis tamen tribus candelis Mascal. concl. 1098. n. 39 aut in loco oc-  
culto seu clanculum se rogari non patiatur, cum officium Ta-  
bellionatus sit publicum, ut dicit gloss. in L. generaliter in prim. C. le  
Tabular. lib. 10. & contra exercitentem istud clandestinè & secreto  
mil. tet.

militet mala suspicio Mascard. d. loc. n. 38. & præsumptio falsitatis Menoch. s. præsumpt. 20. n. 36. ita ut etiam exinde niri possit Dec. in c. i. n. 25. de fid. instr. Specul. de instr. edit. §. 2. n. 12. d. Conf. Max. I. §. Die Notarten sollen auch desf wissen haben/das sie nit bey Diacht/ denn allein auf Ehehaftten Nothsachen/oder auch heimlich sich bitten lassen Instrument zumachen/dieweil solches nicht ohne Verdächtigkeit kan geschehen. quia tenebra facile præbent occasionem fraudibus & falso l. i. §. de inspiciendo ff. de ventr. inspic. ibi. tria lumina. Verum rogatum sibi factum Notarius, quamvis morbo impeditus Bachov. ad Treutl. Vol. 2. diff. 5. th. 2. & 5. Ritterhus. ad Novell. part. 9. cap. 24. n. 30. in fin. alteri, etiam Notario delegere non potest, ut ipse partes audiat & postmodum ad eum referat pro confi- ciendo detuper instrumento, quia relatio substituti fallax esse potest; Sed partes ad se venientes, alicujus actus celebrandi gratia ipsem per se diligenter auscultet d. Novell. 44. cap. 1 in pri. §. 3. & ibid. Gothofred. in Not. lit. J. & X. Rittersh. d. loc. n. 29. Specul. d. Instr. edit. §. 9. n. 15. & seq. Tum, quod qui alienis auribus & oculis audit & videt, non intelligatur propriè audire & videre. Covar. pr. quest. 21. n. 1. Tum quia Notario non creditur nisi de his, quæ geruntur in ejus præsentia inter partes tempore actus Cravet. conf. 88. n. 20. & 21. Menoch. 2. arbit. jud. quest. 144. n. 8 & 2. præsum. 79. n. 17. Specul. de Instr. edit. §. 8. n. 36. Quod & satis ex- pressum d. Conf. Max. præalleg. n. §. Die Notarien sollen sich auch hüten/das ihr keiner auß jemauß wie glaubwürdig der were/ ansagen oder relation &c. Quoties igitur rogatus fuerit, censetur omnia, quæ scripta sunt, in instrumento ex voluntate partium scripsisse, ita ut etiam Notarij verba, præterea, quæ ipse tenetur, ex officio suo apponere in instrumento, ut annus, mensis, dies, testes & alia solennia instrumenti, dicantur verba partium, quia præsumuntur sibi dicta à partibus prius Tusch. Concl. 81. lit. N. Mascard. concl. 1103. n. 1. Menoch. 2. præsumpt. 79. n. 2. Et dicens, notarium aliquid subscriptiale vel accidentale ex suo capite, scripsisse, durioribus afficitur probationibus. Menoch. d. loc. n. 3. Hinc codicillaris & aliæ clausulæ in contractibus & testamentis communiter apponi solitæ potius ex voluntate testantium, vel contrahentium, quam ex Notariorum stylo & mente adjectæ credun-

ereduntur. Farin. de fals. 157. n. 33. § n. 4. & seqq. Franc. Person. quæst. 75. n. 36. & seqq. Menoch. & Mascard. d. loc. Quamvis enim contrahentes & testantes ab initio adeo ignari & imperiti dicantur, ut vim & efficaciam unius aut alterius clausula non satis intelligant, adeoque videatur contra mentes eorum de stylo Notarij esse appositæ, attamen Notarius præsumitur diligens in officio suo ita ut instrumentum, prout debet, partibus prælegerit, illudque & omnia in eo contenta vulgari sermone explicaverit, antequam de eo rogatus dici possit. Mascard. d. concl. 1103. n. 6 & 17. Sic pariter Notario perito creditus, qui dicit in Instrumento scilicet certiorasse mulierem de beneficio SC. Velleiani Carpz. p. 1. c. 16. d. 63. n. 5. § 6. Menosh. d. loc. n. 5. donec contrarium probetur. Mascard. d. concl. 1103. n. 13. & Carpz. d. loc.

XXXVII. Tertiò: Necesse quoque est, ut contractus sive actus, de quo à Notario instrumentum consciendum erit, de jure & cujusvis loci consuetudine & usu sit licitus, eiique conformis, & res, quæ in contractum & actum deducuntur, sint æquæ, bonæ, honestæ & piæ; nec jure, statuto, aut moribus prohibitæ, aut utilitatí publicæ nocivæ. Conf. Maxim. §. Demselben nach. ibidem: D:ßgleichen nach Inhalt gemeinen Rechten oder loblischen Gewohnheit vnd G:brauch eines jeden Orths eingeföhret vnd versehen ist/ s:hr Aemper rechtlich/ gerettwlich vnd aufrichtiglich zu thun. Wesembec: in Part. de fid. in fr. n. 4. & 5. Ea enim quæ pietatem & honestatem laedunt, atque contra bonos mores suunt, nec facere nos posse credendum est, inquit J Ctus Papin. int. filias. 15. ff. de condit. institut. nedum ut super illis instrumenta siant. Et quæ lege fieri prohibentur, si fuerint facta non solum inutilia, verum etiam pro infectis habentur. I. non dubium §. C. de legib. Itaque si quid scriptum sit in testamento contra jus, vel bonos mores, non valet I. 112. §. 3. ff. de legat. I. Hinc etiam instrumenta per Notarios fieri prohibentur super contractibus usurariis, Hostiens. in Summa de Uff. §. I. vers. quid de Notariis. R. X. de anno 1548 tit. Bon. Wucherl. Contracteren. Symoniacis & iis, in quibus dolus, fraus, metus, minæ intercedunt; Item super alienatione & distractione feudi. c. 1 in fin. 2. Feud de prohibit. feud. alienat. rerum Ecclesiasticarum I. jubemus. 14. §. 3. C. de SS. Eccles. Nov 7. c. 1. Arumæus 2. deci. §. 5.

Menoch.

Menoch.2.caf.172. sūb pœnā privationis officij Pacian. p.1.lib.2.t.  
22.n.28. fundi dotalis l.unic. §.15. C.de rei uxor.actio.l.4. & tot tit. ff.  
de fund.dotal. rei Minorum l.1ff.de reb.eorum. Nec non supe-  
venditione Eunuchorum, qui facti sunt ex gente Romanorum,  
l.2.C.de Eunuch. Super monopolii & illicitis conventionibus &  
pactis Collegiorum opificum, videlicet, ne quod unus cœpit,  
alter perficiat l.12. §.8.C.de edif.privat. Item, ne quis majori vel mi-  
norri vendat pretio, quam alter per l.unic.C.de monopol. & Ordin.  
Polit. Carol. V. in Comit. Augustan. Anno 1548. à Rudolpho II.in  
Commit. Francofurt. de Anno 1577. confirmatam. Rub. Von Hand-  
wercken in gemein. Ut &c, ne quorundam certorum artificium  
filij, ut textorum, tonsorum, molitorum &c. in Collegia & publi-  
cas functiones recipiantur. d. Ordin. Polit. Carol. V. & Rudolphi II.  
Rub. Von den Handwerks Söhnen/ Gesellen/ Knechten vnd lehrt-  
knaben. Similiter nec eo casu, ubi quis in fraudem publicæ fun-  
ctionis ad patrocinium alicujus configit, hujusque rei gratia  
sub prætextu donationis, vel venditionis, seu conductionis, aut  
alterius cuiuslibet contractus, aliquid in Patronum transmittere  
velit. l.1. C.ut nemo ad suum Patrocin.lib.1t. Nec super immunitate  
concessâ in præjudicium l.1. C.ut immunit. nem. conced. lib. 10. aut  
delicto aliquo Wesenbec. in Parat.de fid. Instr.n.4. Treutl. Vol.2.  
dip.5.tb.2.lit.F. vel negotio proprio Notarius instrumentum  
confidere potest. l. exempl. 7. C.de probat. Specul.de Instr.edit. §.9.  
n.27. quia judicis & testis vice fungitur Bachov. ad Treutl. d. loc.  
At nemo Idoneus testis aut judex in re sua intelligitur. 4.q.3.c.3. §.  
nullus idoneus l.2. §.11. ff. quando appelland. l. omnibus 10. C.de testib. Pro-  
inde etiam nec per se nec per alium sibi aut filio suo haut eman-  
cipato aliquid in testamento adscribere valet, sive sit testamentum  
in Scriptis, sive nuncupativum. l. Divus Claudius. 15. in pr. ff. ad  
L. Cornel. de falf. l. 2. C.de his, qui sibi adscrib. in test. Menoch.caf.  
459.n.19. Tusch. conel. 77. n. 7. lit.N. Tamen contra seipsum No-  
tarius instrumentum rogare potest, & valet Tusch. conel. 78. lit.N.  
eo quod quilibet contra se testificari possit & dicitur confessio  
Partis. l. de etate. n. §.1ff.de interrogat.action. Bart. in l.22. §.fin. n. 2. ff.  
ad L. Cornel. de falf. Sin verò quis de prædictorum uno aut altero,  
vel aliis rebus prohibitis instrumentum receperit, non solum

instrumentum præsumitur falsum Boer. *Decis. 37. n. 4.* Sed etiam ipse Notarius in super punitur, prout videre est in jam adductis textibus & passim apud Doctores.

XXXVIII. Præterea circa confectionem instrumenti oportet, ut Notarius actum sive contractum, de quo instrumentum confidere intendit, quoad ipsius naturam, quid illa exposcat, quid vicissim non admittat, satis intelligat vid. *tb. supr. 17.* Wesenbec. *in Parat. de fide instrum. n. 5.* nec non testes debito numero adhibeat, quotquot jura desiderant & admittunt. Nec enim scripturæ Notarij sine testibus creditur, nisi in actis judicialibus Mascard. *Concl. 1099. n. 7. & 8.* Dn. Carpz. *p. 1. Conf. 20. def. 2. n. 5.* Tusch. *Concl. 83. n. 20. & 77. lit. N.* Pacian. *de Probat. lib. 1. cap. 48. n. 54.* usque adeo in eo testes necessarii sunt d. *Conf. Maxim. I. S.* Und nach dem von gemeinen Rechten. ibi: Darnach die Gezeuge darzu genommen / deren aller Nahmen vnd Zunahmen klarlich beschrieben. Item §. Es sollen auch die Notarien ibi: Und auch von den Gezeugen dazu sonderlich genommen vnd gebettet se. Myns. *6. obs. 29. n. 3.* ut de substantia instrumenti esse dicantur. Alex. *conf. 37. n. 12. & seq. Vol. 3.* Dec. *conf. 447. n. 7.* Et sicuti non creditur testi, quantumcunque excellenti unico, ita neque Notario attestanti aliquid etiam cum juramento, neque scripturæ ipsius, nisi sit solennis cum testibus. Tusch. *d. Concl. 83. n. 54.* & quem ibi allegat Alex. *conf. 166. n. 10. in fin. cum seq. ver. præterea, lib. 6.* quia fides instrumenti à testium fide dependet. Mascard. *Concl. 4. n. 26.* Boer. *quest. n. 1.* Itaque Notarius conjecturus instrumentum testamenti sive scripti, sive nuncupativi, septem testes adhibere debet l. *bas. consultissima 21. & 1. 28. C. de testa. d. Conf. Max. 5.* Und sollen die Notarien außmerekung haben / das nach Keyserl. Rechten / zu aufrichtung aller vnd jeder jetzt gemelten Testamenten / außs wenigste sieben Zeugen noth sind. Item §. Aber die Form eines Testaments / das Nuncupativum genant wird ist also se. ibi: Vor sieben Gezeugen. Wesenbec. *in Parat. de testam. Planè in Codicillis l. fin. C. de Codicill. Donatione mortis causâ de jure communi l. fin. C. de mort. caus. donat. testamentis rusticorum, si plurimum aut peritiorum copia haberit nequeat, l. fin. C. de testam. Dn. Carpz. p. 3. Conf. 4. d. 30.* Legatis & aliis ultimis voluntatibus extra testamentum factis. Idem Dn. Carpz. *p. 3. Conf. 8.*

d.p.3. Conf. 4. def.3. quinque testes, In testamento parentum inter liberos propter favorem liberorum Carpz.d.p.3.C.4.d.15 ut & militum in castris, non autem bellicis expeditionibus existentium, duo testes sufficient. d.s. Und sollen die Notarien. ibi: Aber in den Codicillen/nemlich / darin einen außerhalb ansehung / oder machung ander Erben etwas nach eines Todt/ von desselben Erben zureichen vnd zuentpfahen / gesetz / vermacht / verlassen / oder zu trewen Händen, befohlen wird / oder ihm übergeben / voir toutes wegen geschehen. Item vnd auff dem Gaw / wo Bawrsleuch Testamēnt machen/vnd mehr Zeugen nicht zu bekommen weren / auffs weñigst fünff Zeugen. Aber in Testamente/ so Vatter vnd Mutter zwischen ihren Kindern machen / in dem fall/ da kein ander ihr Testamēnt zuvor gemacht/ solches abgethan wird. Oder von Nüttern/die zu Feld/vnd doch nicht ein Streit waren/da wird solch anzahl der Zeugen nachgelassen / bis auff zweien / Aber die Kitter die in übung des Streits sind/mögen ihr Testamēnt machen ohn alle Solemniter oder form/vnd wie sie wollen. Aber die jungen Nütter / so nicht in solcher übung vnd freymoch auch zu Feide liegen/sollen ist re Testamēnt noch gemeinen Rechten machen. In renunciatione SC. Velleiani & in intercessionibus mulierum. l.23. §.2. C.ad SC.Vellej. nec non cōfessione Inventarij,absentibus,quos res tangit. d.Novell.1.c.ap.2 §.1. verf. si vero absunt & ubi contractus sumptus 50. librarum auri excedat. l.ulti.C.si cert. pet. Tres ; In confessione creditoris confitentis se receperisse debitum, item in confessione debitoris absensis sibi solutum esse debitum confitentis. l.18.C.de testib. Quinque ; In repudio septem testes requiruntur. l. nullum 9. ff. de divorci. & repud. De numero testimoniū latius differentem vide Specul. in §. relativi. II. de Teste. In illis autem, ubi lex vel canon testes quidem adhiberi postulat, sed eorundem numerum non definit, regulare est, quod tunc duo testes sufficient per tex. express. in l. ubi numerus. 12. ff. de testib. Specul. d.loc. n.1. juxta Salvatoris nostri effata: In ore duorum, aut trium stat omne verum. cap. 6. & 23. X. de testibus. Pluralis enim locutio dihorum numero contenta est. d.l.12. ff. de testib. 4.9.3.c. si testes 3. ver. ubi numerus testimoniū. Reg. 40. de I.R. in 6. Verutamen si tres, ut Welsenbec. d.loc. per Nov. 73. c.2. exigit; aut plures debito numero adhibeantur testes, prodelle citius, quam obesse,

pote-

poterit, quin imò pro singulare cautela consuluit s̄epe allegata  
Const. Max. §. Die Notarien. ibi: Demselben nach ist zu ratzen/das  
zu zeiten / über die nothürftige anzahl der Zeugen andere mehr dazu  
für Zeugen genommen vnd gebettet werden ic. Idem tradit Ru-  
land. de testam. rubr. 35. n. 5. Etenim superflua non nocent. l. 94. ff. de  
R. Jur. l. 17. C. de testata. Gail. 1. obs. 144. n. 1. & 2. obs. 1. n. 2. Et quæ ex su-  
perabundanti fiunt, non vitiant actum Mascard. Vol. 3. concl. 1177.  
n. 10. & seq. Quod si vero duo Notarij ad aliquem contractum,  
vel actum celebrandum, cuius numerus testium non est expre-  
sus, in solidum rogantur, quatuor testibus ad minimum opus  
est, ita ut quilibet Notarius habeat duos testes, quod sic ubi res  
postulat, uterque super eodem contractu sive actu peculiare  
instrumentum confidere queat. Nec tamen testes fortuiti ad-  
sint oportet, sed rogari debent, ut videant, audiant & intelligan-  
t, quæ à Notario & partibus gerantur, siquidem testis esse  
non potest, nisi qui factum habet notum. Gothof. in Not. ad l. 21. ff.  
de testam. lit. C. Maximè in testamentis l. 21. §. 2. ff. de testam. auth. ro-  
gati. C. de testib. Const. Max. I. §. Es ist auch im Testamente noch/das die  
Zeugen nicht allein gebettet / sondern insonderheit zu auffrichtung  
des Testaments berufen oder angemommen werden Myns. obs. 98.  
n. 6. Cent. 4. Divortiis d. l. 9. ff. de divort. Confessione creditoris  
affirmantis creditum sibi solutum esse Novell. 90. cap. 2. & in aliis  
casibus, quos refert. Specul. de teste. §. 1. n. 91. & Novell. 117. cap. 15.  
Quanquam non noceat, vel in omni actu, in quo alias etiam for-  
tuiti admittuntur, ut in Codicillis d. l. fin. §. ult. C. de Codicill. vel in  
donatione mortis causa Carpz. p. 3. const. 1. d. 30. Specul. d. loc.  
propter majorem cautelam testes vocatos & rogatos adhiberi  
per predict. auth. rogati. Prout etiam in omnibus fere instrumentis  
subjicitur illa clausula: præsentibus N. N. testibus ad præ-  
missa vocatis specialiter atque rogatis, quamvis in dubio præsum-  
mantur rogati. Gothofred. in Not. ad d. Novell. 90. cap. 2. lit. f. Nec  
tamen de jure requiritur, & partes cognoscant testes, Boer. Decis.  
118. n. 4. At vero cum in testimoniis dignitas, fides, mores & gravi-  
tas testium examini anda sit l. 2. & 3. ff. de testib. Et in instrumento  
omnis dolus, fraus & falsitatis suspicio exulare debeat, Notar-  
ius delectum testium habere, & non omnes indifferenter  
sineq;

sine que discrimine in testimonium vocare, sed hoc nomine cautus & circumspectus esse debet, ut sciat quos & qualles in suis instrumentis adhibeat. Multi enim testes esse prohibentur, ut in testamento regulariter omnes, qui activè & passivè sunt intestabiles l. 18. & l. 26. ff. de testam. Item fæmina l. 20 §. 6. ff. cod. Gail. 2. observ. 112. num. 1. quamvis in Legatis, Codicillis & donatione mortis causâ testis esse possit. Dn. Carpzov. p. 111. 16. d. 91. num. 1. p. 3. c. 30. num. 2. hermaphroditi, in potestate testantis existens, §. 8. Inst. de test. ordin. heres scriptus, ejusdemque pater, frater &c. §. 10. Inst. eod. d. l. 20. ff. eod. d. Const. Maxim. §. Die Notarien so zu Testamenten auffzurichten genommen werden/ desgleichen auch die Testamente machen wollen / sollen eigendlich auffsehen haben/ was Leut sie zu Zeugen darzu nemen/ denn viel seind im Rechten zu solcher Zeugnis verboten/ als gem. ni ictlich alle die/ so selbst nicht mögen von Rechte Testamente machen/ oder aus Testamente etwas empfahen/ auch hermaphroditen/ Auch die in Gewalt des Testators. Item/ einer der im selben Testamente Erbe geschrieben/ oder der mit demselben in eines andern gewahrt were. Sic etiam in conficiendis instrumentis secularium negotiorum presbyteri non sunt ad testimonium vocandi 12 q. 2. c. fin. Porro de his, quibus testimonium interdicitur, vide 3. q. 5. c. 1. constitutio g. tot. tit. ff. & C. de testib. & passim Dd. Idcirco, quod minus instrumentum ratione testium impugnari queat, adhibeantur boni, graves & honesti viri, quive sunt justæ & atatis. d. Novell. 90. c. 2. de testib. non pueri, non deliri senes, non leves scurræ, sycophantæ, circulatores aut infames. Non difficulter enim leves & inconstantes homines subornari possunt, ut falsum, aut vacuum testimonium perhibeant, contra veritatem celebratorum contrarium, quod tunc Notario & partibus non parum ludibrii, contemptus, jacturæ & detrimenti afferret. Cnaustin. in Art Notar. Licet quidam dicant, vel alias inhabiles testes in instrumentis admittendos esse & habiles atque idoneos reputandos, modo sit ejusmodi inhabilitas, quæ per partes remitti possit. Ayrer. historic. Proces. jur. p. 1. cap. 9. observ. 9. num. 36. Mafcard. de probat. quest. 6. num. 57.

XXXIX Insuper etiam Notarius ante omnia considerabit  
personam testantium vel contrahentium, cuius aetatis, sexus, conditionis, ingenii, & intellectus sint, utrum adhuc in patria potestate, aut minorennis, an possint testari vel contrahere, & quantum hoc illis licet. Nam multis contrahere & testamentum facere minimè est permisum, quo casu nec Notarius instrumenta rogare potest, nec rogata valent. Ad hoc enim requiriatur habilitas personarum & non quod scriptum, sed quod gestum inspici debet. l. 3. C. plus valere. &c. Itaque si testator, testatrix & non sit sanæ & integræ mentis, nec amplius ex morbi acerbitate articulatè atque ita loqui valeat, ut exaudiatur, quod tamen inter alia ad testamenti factionem maximè necessarium perhibetur in l. 2. & 17. ff. de testam. l. jubemus. 29. C. de testament. d. Conf. Max. I. §. Item Es gehöret zu einem Testaments das der oder die/so Testament machen/mit verständlichen worten reden/oder aber schreiben können/Denn welcher deren keines fundt/der wirs darin nen einem Todten gleich geacht/ vnd mag e. in Testamente machen. Conf. ElecT. August. 5 part 3. §. Erstlich/das der Testator articulatè vnd verständlich reden könne/ haud debet Tabellio ejus nomine, qui jam fermè mortui loco habetur, ullam voluntatem ultimam conscribendam suspicere. Sichard. ad l. selenum. 3. C. qui testam. facere pos. num. 4. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 43. n. 19. Altas rogando instrumentum de testamento facto ab homine non sanæ mentis aut aliis ad testamenti factionem necessariis requisitis non observatis, incurrit pœnam. d.l.29. in fin. C. de testam. Fatin. infngment. Crimin. part. i. lit F. num. 278. Nec eo casu, ubi constat de non sanâ mente testatoris, creditur Notario in instrumento asserenti, testatorem stetisse in recto sensu, Alex Conf. 141. num. 12. l. 1. licet in dubio credatur, ubi insania mentis aliunde non apparet, cum præsumptione juris juvetur, quâ quisque præsumitur sanæ mentis, donec contrarium probetur. Fatin. d.lc. num. 276. & 278. Gothofred. in Not. ad l. 5. C. de Codicill. Quod si verò testator adhuc ita loquatur, ut verba ejus intelligi & exaudiiri possint, non impeditur facere testamentum validum, licet tempore testamenti propter gravitatem infirmitatis non nisi balbutiendo

82

& cum magna anxietate & difficultate verba proferat, modo integritate mentis fruatur, quia gravis infirmitas corporis redit quem intestabilem d.l.2. & 17. ff. de testam. l. 47. § fin. ff. de fideicom. libert. l. s. nium 3. C. qui test. fac pos. Sichard. ad hanc leg. l. 15. C. de testam. Alex. Conf. 33. num 5. & seqq. lib. 3. Similiter non valent instrumenta Notarii, qua facta esse dicuntur super Testamento filiorum familias l. 6. & 16. ff. de testam. l. penult. C. qui testam. fac. pos: Excepto tamen casu, ubi filii famili. de peculio castrensi vel quasi castrensi testari licet. pr. Inst. quib. non est permis. fac. testam. l. ult. C. qui testam. fac. Servorum l. 16. l. 19. ff. de testament. Captivorum ab hostibus l. 8. ff. eod. Obsidum l. 11. ff. eod. quia hi omnes sunt in aliena potestate, nec liberam habent bonorum administrationem, Item Impuberum §. 1. Inst. quib. non est permis. fac. test. l. 5. ff. de testam. quantumvis ad pias causas, vel tempore pestis testatum Carpz. p. 3. c. 6 def. 6. & 8. Prodigorum, quibus bonorum suorum administratio interdicta est, §. 2. Inst. d. tit. & l. 18 ff. de testam. Surdorum l. 6 §. 1. ff. eod. l. 10. C. qui testam. facere pos. nisi a Principe impetraverint l. 7. ff. eod. aut scribere sciant l. 10. C. eod. Et quanquam etiam olim muti & caeci ob defectum sensus non adeo simpliciter & semper, & ad mortem damnati de jure Digestorum, quo servi poenæ efficiebantur l. 12. ff. de pæn. eorundemq; bona in fiscum publicum redigebantur l. 1. & tot. tit. ff. de bon. damnat. planè non testamentum condere poterant d. 1. & 7. ff. de testam. § cæc. 4. Inst. quib. non est permis. fac. testam. W. esemb. in Paratit. de pænis. num. 9. circ. fin. Hodiè tamen nil amplius obstat, quo minus muti & caeci semper recte testari queant, nisi alioqui impedianter; Hi verò ita, ut præter alias solennitates & numerum septem testium simul ad hoc convocatorum, Notarium, vel si is haberi tunc non possit, octavum testem adhibeant, quidq; omnino post mortem suam circa heredem & legata fieri velint, disertè & formaliter exprimant & current, ut Notarius vel vice ejus octavus testis de hujusmodi voluntate scripturam, quæ in testamento caeci pro forma vel substantia requiritur, conficiat & unâ cum omnibus aliis testibus huic testamento uno eodemq; tempore subscribat, & illud consignet, prout latius exponitur in l. bac consultissima. 8. C. qui testam. fac. pos. & d. Confit.

Max. I. §. Es mag auch ein Notarius gebeten oder gefordert werden zu einem Handel eines summen/vnd schreiben die zeichen oder win. ¶ Et c. Sichard.add.l.consultissima.g. Schneidvv. add. § caecus. Inst. quib. non est permis. Et c. Pariter moderno tempore confiscations bonorum maxima ex parte abrogata Novell.134. cap.13. §. ut autem. Et auth. Bonâ damnatorum. C. de bonis proscript. seu damnat. art. 218. Et art. 135. Ordin. Criminal. Carol. V. & servitute pœnae sublatâ Novell 22. t.8. auth. Sed hodie. C. de donat. inter vir. Et uxor. Rei criminis capitalis ante vel post condemnationem, extra ramen casum, quo crimen læse Majestatis commissum est & publicatio bonorum etiamnum hodie locum habet, & quæ ac alii de bonis suis in testamento vel alia quacunque voluntate ritè disponere, validè transfigere, eaque vendere & donare possunt. d. auth. in fin. Wesenb. in Parat. de testam. n.13. Magnif. Dñ. Ordin. Benedict. Carpz. in Pratt. Criminal. p.3. q.135. Id quod etiam comprobavit August. Elect. Saxon. in Novellis suis p.3. const. 6. ibi: So constituen/ordnen vnd sezen wir/das die jentzen/so auch gleich zur Todesstrafe verdammte vnd verurtheilete/ ihrer Güter halben/ vnd von alle dem/ so sie nach ihrem Tode verlassen werden/ Testamen/ machen/vnd in andere wege durch bestendigen letzte Willen/ träßige Verordnunge aufrichten mögen. Quibus sanè easibus Notarii non prohibentur instrumenta confidere. Nec hoc tamen illis licet de contractibus eorum, qui à contrahendo arcen/tur, utpote pupilli, qui sine tutoris autoritate, ne quidem naturaliter obligantur l. pupillus. 59 ff. de O. & A. l. quod pupillus. 41 ff. de condic. indeb. l. i. in fin. ff. Commodat. quia planè non obligari dicuntur, l. i. §. 2. ff. de pecun. Conf. § nunc admonendi. 2. Inst. quib. alien. l. 3. §. 2. vers. in pupillo de SC. Maced. l. 12. § fin. ff. de duob. reis. Nec consentire possunt, cum planè in firmum sit eorum judicium. l. ult. ff. de manumiss. vindict. l. 189. de R. & l. ult. ff. de Jur. & fact. ignor. Sed l. i. & 2. ff. de Pact. evincunt, quod vel in obligatione naturali pleno consensu opus sit. Ergo eam contrahere nequeunt. Nisi (1) facti sint locupletiores l. naturaliter. 3. ff. de Condit. indeb. l. pupillus. 5 pr. ff. de au. Et c. conf. tut. l. 3. §. 4. Et l. si. ff. de negot. gest. l. 16. pr. ff. de Minor l. 3 pr. ff. de Commod. l. i. § 15. ff. depositi. l. 4. §. 4. ff. de dol. mal. Et m. t. except. l. 47. ff. de Solut. Aut (2) ex re veniat actio & Oblig.

Obligatio, l. furiosus. 46. ff. de Oblig. & Aet. Aut (3) dolum commiserint. l. 13. §. 1. ff. de dol. mal. l. 19. §. 2. & 37. §. 1. vers. in del. l. 13. ff. de Minorib. d.l. 1. §. 15. ff. depos. l. 111. ff. de R. Jur. Filiifamilias ius causa mutui & voti, propter obstante SCtum Macedon. tot. tit. ff. & C. ad SCtum Macedon. & l. 2. ff. de pollicitationib. nisi habeant peculium castrense vel quasi, ad cujus quantitatem ratione mutui cum iis agi potest, cum in illo vice patrum familias fungantur l. 2. ff. ad SCtum Macedon. Prodigii, quibus bonis interdictum est, quia furiosis & equiparantur l. 6 ff. de V.O. l. 40 ff. de R. J. & pro eis contrahentibus fidejussor non obligatur d.l. 6. de V.O. qui tamen vel naturali obligationi accedere potest. l. 16. §. 3. ff. de fidejuss. §. 1. Inst. cod. Muti, surdi in verborum obligationibus, l. 1. ff. de V.O. §. 7. Inst. de Inut. stipul. Perpetuò furiosi, aut alioqui dementes l. 5 ff. de R. J. §. 8 Inst. de inut. stipul. quia omni consensu destinuntur sine quo obligatio nulla est l. 1. ff. de pac. Apostata, haeretici. l. 4. in print. & §. 3. C. de heret. & Maniche. l. 3. & 4. C. de Apostat. in tantum, ut Notarius pro his in aliqua causa scribens vel instrumentum faciens, afficiatur pena infamiae & privationis officii. c. Si adversus. n. ext. de Heret. Prosp. Farin. de Hæresi. quæst. 197. n. 58. & 67. Pagan. a. p. t. lib. 2. cap. 22. n. 28.

XL. Postquam de Requisitis instrumenti publici differui-  
mus, jam etiam de Solennitatibus ejusdem aliqua subjiciamus.  
Nec enim satis, Notarium, quæ haec tenus qualia qualia circa re-  
quisita dicta sunt, in confiendo instrumento observasse, nisi  
etiam istud legitimè adhibitis solennitatibus à jure vel locorum  
consuetudinibus introductis publicet, ut instrumenti nomen &  
robur fortioratur.

XLI. Solennitates autem juxta sèpius allegatam Constitu-  
tionem Imper. Maxim. I. Bon Notarii præcipue in novem Se-  
quentibus consistunt, quæ Notarius, salvis aliis de cuiusque loci  
consuetudine servandis, quibusvis instrumentis publicis adhi-  
bere debet. Nimirum (1) Invocationem nominis divini. (2) An-  
num Salutis nostræ, scilicet nativitatis Salvatoris Domini nostri Jesu Chri-  
sti. (3) Indictionem. (4) Nomen & annum Papæ, Imperatoris vel Re-  
gis pro tempore existentis. (5) Mensem, diem, horam contractus sive  
actus. (6) Locum, loci, locum, puta in quo Castro, Civitate do-

mo &c. (7) Rem gestam seu factum. (8) Testium nomina & cognomina. Et tandem. (9) ipsius Tabellionis Signetum & Subscriptio-  
nem. Quæ omnia concisè habentur & enumerantur in d. Conf.  
§. Und nach dem vom gemeinen Rechten / brauch / vbung vnd ge-  
wohnheit/ das in aufrichtung offener Instrumenten / &c. Specul.  
§. b'eviter. 2. de Instr. edit. Schneidw. §. item verbornm. n. 6. Inst.  
de Inutil. stipul. Jacob Menoch. 2. presump. 82. De quibus omnibus sigillatim paulo altius videbimus.

XLI. Præfationem Nominis Divini quod attinet, magna est apud Doctores concertatio, an ea adeo necessaria sit, ut salvâ substâtiâ, vi & autoritate instrumenti omitti nequeat. Alii af-  
firmant; Alii negant; Alii denique distinguunt. Qui affirmati-  
vam defendunt, ut *Gloss. in Nov. 47. c. 1.* & in c. 6 x de fid. instrum.  
Bald. in cap. 9. x. de vot. & voti redempt. Salic. in l. fin. §. 1. C de jur.  
deliber. Walther lib. 2. Miscel. jur. cap. 1. Menoch. de adipisci possess.  
remed. 4 n. 771. Ruland. lib. 5. de Commiss. cap. 7 num. 6. & plures alii  
inter cetera hæc argumenta & rationes adducunt, dicentes: (1)  
In omni negotio & actu divinum numen invocandum, per istud  
Pauli 1 *Corinth. 10.* & *Coloss. 3. can. in nomine Domini. dist. 23. c. non li-*  
*ceat. 6. q. 5. c. non observetis. 26. q. 7.* Ideo etiam in instrumento. (2)  
Venerabile signum crucis in Inventario vel instrumento neces-  
sariò ponendum. *text. in l. scimus. 22. §. sin autem. 2. C. de Jur. deliber.*  
Ergò multò magis invocationem nominis divini. (3) Omnia re-  
cte & competenter geri, si rei principium fiat decens & amabile  
Deo. *Novell. 6. in pr.* Et in Nomine Domini nostri Jesu Christi ad  
omnes actus, omniaq; consilia progrediendum l. 2. C. de offic. Pra-  
fect. *Prætor. l. 2.* & l. 2. C. de vet. jur. encl. Ubi enim Christus non  
fundamentum nullius boni operis superesse ædificium. q. 1. cum  
*Paulus. 26.* (4) Nomen Imperatoris necessariò in instrumentis  
præmittendum per *Novell. 47.* multò magis Dei Opt. Max. Regis  
Regum & Domini Dominantium nomen iisdem adhibendum,  
per argumentum à minori ad majus desumptum, quod utile, fre-  
quens & fortissimum est, *text. in auth. multo magis. C. de SS Eccles.*  
*l. 1. §. Sed consulto, juncta glossa ibid ff. de his, que in test. delent.* Nicol.  
Everhar. *in loc. à minori ad majus.* Econtra negantium pars, quo-  
rum itidem haud parvus numerus, prò sua opinione ut plurimū  
hisce

hisce nititur rationibus : (1) Ejusmodi instru~~mentum~~ sine præfatione nominis divini omnino subsistere potuisse Nov. 47.c.1.  
ubi ejus nulla fieret mentio. (2) De jure nullibi id expressè cautum inveniri, & si reperiretur, ut in quibusdam suprà allegatis textibus, pietatis magis, quam necessitatis ; verum non talem solennitatem esse, quæ omissa actum vitiaret, cum sit levis solennitas. (3) Ejusmodi præfationem, secundum Baldi opinionem in procœmio Codicis, nihil importare, nec esse necessarium concomitans ipsius actus, ut cætera requisita, veluti dies, annus, locus &c. Ayrer. process. bissor p. 1. cap. 9. obser. 9. Harprecht. Forster. Hoenon. in proœm. Inflit. Illi, qui tertium locum tenent, & adeo simpliciter nec Affirmantius, nec Negantium opinionem sequuntur, duplice distingueunt : Primo inter negotia ardua & leviora. Priori casu omnino invocationem Nominis Divini in Instrumentis necessariam esse assertunt, cum negotia ardua majorem solennitatem requirant ; Posteriori vero casu non esse præponendam. Nam quæ modici præjudicij essent, in considerationem non venire. Ayrer. d.l.n.9. & 10. Deinde ita : Aut haberi pro consuetudine in illis locis, ubi conficitur instrumentū, ut præfatio Nominis Divini præmittatur ; Tuū servandam esse omnino hujusmodi consuetudinem dicunt. Aut consuetudinem non esse, tunc non fore necesse, ut apponatur, Felin. cap. 1. col. 1. de fide Instr. Nos, quæquam opinio hac de re de Jure Justiniano verior sit & magis propugnari possit, de moderno jure, quo utimur, intrepidè statuimus, præfationem Nominis Divini in Instrumento à Notario conficiendo esse maximè necessariam & de forma instrumenti Menoch. adipis. possif. remed. 4. num. 7ii. Rittersh. ad Nov. part 9 cap. 24. n. 44. adeò ut si ea omissa sit, instrumentum hodiè vitietur & planè nullum reddatur. Tum (1) quod hoc usi & longâ consuetudine, quæ pro lege observatur. 132 §. 1. ff. de LL. & sanè plurimum potest c. cum delectus. 9. x. de fide Instr. introductum sit, prout etiam hodiè videmus, omnibus omnino instrumentis solemnibus à Notariis confessis harum formulatum unam aut alteram sub initio adjectam. : In Nominis Domini Amen. In Nominis Domini nostri Jesu Christi. In Nominis Patris & Filii & Spiritus Sancti. In Nominis Sacro San-

etæ

ctæ & individuæ Trinitatis, Dei Patris, Filii, & Spiritus Sancti  
Amen &c. Germanicè; In Nāmen der Heiligen Hochgelobten  
Dreysaltigk[i]t[er]t[er] Tum, (2) quod & Imp. Maxim. i. expressè san-  
xit & pro formâ servandum severè præcepit in d. Confit. § allegat.  
Und nach dem ibi: Das in aufrichtung der offenen Instrumenten  
vnd ihrer Solennität die Form gehalten/ nemlich/das im An-  
fang nach Anrufung des Götlichen Namens &c. & paulo post in  
seq. §. Darumb so gebieten vnd ordnen. Wir/diesebe Form forthin  
in acht zu nehmen. Jam verò omissio solennitatis de consuetu-  
dine requisita & pro formâ data, quamvis levis sit, totum actum  
vitia. Boer. Decif. i. num. 40. Cravet. Conf. 216. n. 4. Quod etiam in  
Italia & in aliis Regnis observari post alias tradit Bornit. de Instr.  
p. 1. lib. 2. cap. 19.

XLIII. Post deinde, quò magis temporis circumstantia ap-  
pareat in instrumentis ponendi sunt anni ab incarnatione seu  
nativitate Domini nostri Iesu Christi, quibus contrastus sive a-  
etas celebratus est. Specul. de Instr. edit. §. 2. n. 4. Mascard quest. 6.  
num. 82. Quod fieri solet plerumque hoc vel simili modo: Zu  
wissen/das im Jahr/nach Christi vnsers einigen Erlösers vnd Se-  
ligmachers Gnadenreichen Geburt/ Ein Tausent / Sechs hundert  
vnd Sieben vnd Vierzig &c. Hoc quamvis non contineatur in  
forma ab Imperatore Justiniano præscripta in d. Novell. 47. cap. 1.  
Neque ejus meminerit glossa in l. generali. C. de Tabul. lib. 10. Ubi  
inter requisita ibi enumerata non inveniuntur anni incarnatio-  
nis; Attamen habetur in d.c. In nomine Domini. 23. distin. ut inde  
evidenter patet, Et omitti nequit ob legem novissimam Imperii  
in d. Constitut. §. Und nam dem. ibi: Die Jahrzahl vnsers Heils.  
Quod à Notariis hactenus etiam ita servatum esse experientia  
testatur Ayrer. d. loc. num. 20. & 21. Bornit. de Instr. p. 1. lib. 2. cap. 19.  
Quo enim non facto, instrumentum non solum invalidum est,  
Spec. d. loc. in fin. Sed etiam Notarius poenâ falsi punitur Farin..  
de fals. quest. 157. num. 15. Verùm cùm annos Domini ubiq; & sem-  
per non æqualiter uno eodemque modo, sed in diversis locis, di-  
versimodè computari contingat, ita ut eorundem computatio-  
nibusdam in locis ab ipsa incarnatione, i.e. die 25. Martii in fe-  
sto Annunciationis Mariæ, ut in Episcopatu Trevirensi, teste,

Fichar-

Fichardo in Art. Notar. Tom. 2. & Honthemio in Art. Notar. lib. 2. c. 7.  
n. 19. in aliquibus autem à Nativitate Ipsius nimirum à Mens.  
Januario inchoetur, Notarius consuetudinem loci, ubi rogat  
instrumentum, benè advertere & in instrumento exprimere  
debet, ne ratione temporis contractus in dubium vocetur.  
Quemadmodum alias ei incumbit, summo studio eò niti, ut in-  
strumentum omnibus, quibus potest, modis à cavillationibus  
muniatur, defectusque qualescunque evitentur.

XLIV. Nomen itidem Imperatoris & Regis cum integro  
ipsius titulo, ut & annus imperij vel regiminis ejusdem instru-  
mentis apponi necesse est. d. Nov. 47. c. i. Ayrer. d. loc. n. 28. Mascard.  
quest. 6. n. 88. Bacchov. ad Treutl. Vol. 2. disp. 5. tb. 3. lit. A.B. ut eò cer-  
tius constet, quo tempore confecta sint, forte hac formulâ: Bey  
Herrschung vnd Regierung des Aller Durchleuchtigsten/ Großmächtig-  
sten vnd vñüberwundlichsten Fürsten vnd Herrn Herrn M. M. Erwöh-  
ten Römischen Keysers ic. Seiner Majestät Reiche des Römischen im  
N. des Hungarischen im N. vnd des Böhmischen im N. Jahre ic.  
Quod si omissum fuerit, instrumenta corruunt & vitiantur.  
Bornit. de Instr. p. 1. lib. 2. cap. 19. vers. Deinde annus Imperatoris &c.  
& alij plures, quos ibi adducit. Non attento, quod alij de con-  
traria consuetudine excipiunt, cuius vigore instrumentum pro-  
pter talem omissionem non vitiari dicunt. Expressè enim san-  
citung est in d. Novell. 47. & Constat. Maxim. §. Darumb so gebieten  
wir ibi: Doch also das auffs wenigste im begriffe des Heiligen Römi-  
schen Reichs/den Nahmen vnd das Jahr der Regierung eines Römi-  
schen Keysers/oder Königes/so zu derselben zeit ist/zu sezen vnd in feis-  
nem wege/als bisshero von etlichen vnbüttlich vnd seumig geschehen ist/  
vnterlassen werde. Quæ lex seu Constitutio potentior est con-  
suetudine. l. 2. C. quæ sit long. consuet. Et absurdum esse dicit Imp.  
Justin. in d. Novell. 47. pr. in documentis i. e. instrumentis, ut no-  
tat ibi Gothofred. & iis, quæ in judiciis aguntur, & absolute in-  
omnibus, in quibus memoria quædam sit temporum, non impe-  
rium his præponi. Sed hæc non solum de Imperatoris & Regis  
nomine atque imperio sunt accipienda, sed etiam extentenda ad  
nomen Romani Pontificis, ejusque Papatum, ita ut Notarius  
Apostolicus instrumentum confessurus, æq; ponat nomen Papæ,

H

ac Cæ-

ac Cæsareus Imperatoris. Specul. d. §.2.n.8. Ayrer. Bornit. d. i. f. loc.

XLV. Indictio Germanicè der Römer Zinszahl / pariter de subitantia & necessariis requisitis instrumenti esse dicitur. Mascard. de probat. quæst. 6.n.86. & concl. 4.n.25. Proinde omitti nequit, sed omnino insere, da, d. Novell. 47. Alias instrumentum non valet. Marant in Specul. aur. part. 6:tit. de Instr. product. n.41. Tusch. concl. go. lit. I. Ayrer. d. loc. n. 26. Specul. de Instr. edit. §.2.n.5. & 6.d. Constit. Maxim. ibi: Die Römische Zinszahl / Indictio genen net. Quam opinionem dicit communem Joseph. Ludovic. decisi. 13.n.37. & eam ut magis communem sequitur Covar. 2. var. resol. cap. 12.n.7. adeo, ut Princeps de potestate ordinaria non posit supplere vitium inductionis. Natta. cons. 47.n.7. Secus tamen est, si Notarius quidem non planè nullam, sed saltem erratam inductionem, veluti decimam tertiam pro decima quartâ per errorem posuerit, quo casu instrumentum non vitiatur, sed potest corrigi per Notarium, vel postquam parti facta est editio, modo in Abbreviatura sit post annum, mensem & diem dictio &c. Mascard. & Tusch. d. loc. & Correl. 87.n.9. lit. N. Dicitur autem indictio ab indicendo, i.e. præcipiendo, sive jubendo. Specul. d. l. & denotat tres Olympiades seu spatium quindecim annorum, per quas olim tempora numerabantur. vide Rittersh. ad Novell. part. g:cap. 24.n.1. Joachim. Stephan. ad Novell. 44 47. & 73. Cui ac. ad poster. lib. Cod. tit. de Indict. quamvis etiam pro onere & munere, quod à Principe Subditis indicitur, ut in 13.C. de annon. & tribut. lib. 10. & tit. C. de Indict. lib. 10. nec non pro quolibet anno ipsius quindenæ, prout hoc loco, accipiatur. Specul. d. loc. Besold. in Thes. Præf. lit. R. n. 42. Cùm enim quondam Romani Provinciis per universum Orbem, quem sub potestatem suam redegerant, census & tributa indicerent; Nonnullæ autem adeo longius ab Urbe Româ disitæ essent, ut eò quotannis solutionis tribuorum causâ proficiisci non possent, tria lustra seu quinquennia completa, præsinebantur, quibus singulis; imprimis in fine cuiuslibet quinquennii, Romam versus iter facerent, ibique indictum tributum penderent, Scil. primo lustro ferrum pro fabricandis armis militibus; Secundo argentum, pro stipendiariis militibus; Tertio, aurum ærario deputandum.

dum pro Republ. conservandâ, vel ut alij volunt, pro simulachris constituendis. Cnaustin. in Art. Notar. Specul. d. loc. Qui decursus trium lustrorum Indictio appellabatur. Quæ & se-riatim cum annis ipsis numerabatur, ita ut in primo anno indi-ctionis, diceretur indictio prima; in secundo, indictio secunda. & ita porro usque ad annum decimum quintum. Quo elapsò finiebatur, & rursum ad principium novæ Indictionis & primæ revertebatur, servato eodem modo, quo dictum, sc̄eque perpetuò, etiamnum hodiè. Igitur quò magis tempus pro tributo red-dendo interpellaret & in memoria haberetur, usuvenit, ut per hujusmodi inductionem annorum numerus supputaretur, eaque datis literarum, contractui, privilegio, testamento & alij Scri-pturæ solenni apponenteretur, prout hoc in singulis instrumentis fieri Imperator Justinian. exp̄ressè sanxit, constituitque in s̄epius allegat. Novell. 47. c. 1. Quod nunquam abolitum est, sed adhuc hodiè durat & servari debet à Notariis in Instrumentis quibusvis secundum. d. Constat. Maxim. I. ita, ut annum Indictionis, vel potius ipsam inductionem annum ejus denotantem ponant, hoc vel simili modo. In der N. Römer Zinszahl/ zu Latein Indictio genant. Dupliciter autem cyclus inductionis computatur. Alij enim inchoant eum ab 8. Calend. Octobris, sive 24. Septembris, ibidemque finiunt, cui computationi subscribit. Cnaustin. d. loc. Alij verum ab 8. Calend. Januarij, seu nativitate Domini, sicut & annum, eum numerant, quod nisi forsan consuetudo in contrarium militet, magis suadet & rectius putat. Specul. d. loc. quia, inquit, tunc novus rex, nova lex & nova sunt omnia, arg. c. 3. X. de Constat. & omnis scrupulus evitatur. Hujusmodi tamen computatio saltē diversa est in eo tempore, quod est ab octavo Calendas Octobris, usque ad initium anni sequentis, in residuo enim tempore planè eadem est. Cæterum quoties Notarius in conficiendo instrumento scire velit, uti maximè decet, quotus annus Cycli inductionis agatur, vel quota sit in quolibet anno indictio, annis Domini præsentibus addat tres, eò quod tertiā exactā Indictione, Christus Salvator noster è sancta Virgine, in hunc mundum natus esse dicatur, tunc quoties poterit, produc-tum dividat per 15. Tot enim annis inductionis cursus absolvitur,

tur, Deinde qui prodit numerus, indicat, quoties Cyclus integer evolutus sit: Quotus autem post divisionem numerus remanet, tantus est Cycli inductionis annus. Sin vero nihil fuerit residuum, tunc ultimus annus Cycli ejusdem agitur, & numerus quin denus pro inductione est. Quod hisce vulgaribus Latinis & Germanicis versibus comprehenditur:

Si tribus adjunctis Domini divisoris annos  
Ter tibi per quinos: Indictio certa patebit.  
Si nihil excedit, quindena Indictio erit.  
Zur Jahr Zahl Christi drey addir  
Die Summ mit 15. dividir.  
Was übrig bleibt ist die Ziffzahl.  
Das mussu mercken alle mahl:  
Thut es aber gar aufz ehn.  
Soll 15 für Indictio stehn.

Verbi gratia, si currenti jam anno 1647. addideris tres, provenient 1650. anni. Quos si divisoris per quindenias hoc modo:

1650	15	productum.
1555	15	
11	15	

resultant 150, toties Cyclus inductionis conclusus est; Et ril superest. Ergo hoc anno erit inductio decima quinta. Præterea notandum, si quis inductionem, quæ computatur ab 8. Calend. Octobris usque ad natalem Domini, sive ad Calendas Januarij subsequentis cognoscere discupiat, junget annis Domini quartuor, dividendo eos, ut dictum, sicque certam inductionem reperiet. Vide Specul. d. loc. & alios hæc de re latius differentes.

XLVI. Nec minus oportet in instrumento ut etiam Mensis, dies & hora apponatur d. Novell. 47. c. 1. & s. Nachdem ibi: Darnach Monat/Tag/Stunde 26. quia hoc modo instrumenta magis ab omni falsitate immunia præstantur. Nam de his, quæ in actu rogitus tempore confecti instrumenti non potuerunt intervenire, Notario non creditur Mascard. concl. 41. n. 24. Tuschi. concl. 83. n. 56. lit. N. omittens mensem, diem in instrumento, criminis

mine falsi & ejus pœnâ tenetur. Farin. de falso quest. 157 n. 6. Mensis ad expressiorem declarationem ipsius diei inseritur. Qui tamen salvâ substantiâ instrumenti omitti potest, quando nimirum certa dies ponitur, quæ menseim, cuî includitur, certè demonstrat. Veluti si Notarius scripscerit anno illo & illo, die Nativitatis Domini, Philippi Jacobi, Johannis Baptistæ, Bartholomæi, Michaelis, Martini &c. Quo sanè casu propter mensis omissionem, instrumentum non labefactatur, cum secundum veterem & novum stylum certum sit, e jussu modi quemlibet diem, certo quodam mense contineri, nimirum Nativitatis Domini Mense Decembri, Philippi Jacobi Mayo, Johannis Bapt. Julio, Bartholomæi Augusto, Michaelis Septembri, Martini Novembri. Diem quod attinet, non ille, quo instrumentum ex Imbreviatura, seu Protocollo extensum & confessum est, sed dies, quo rogatus notarius fuit, inseratur Ayrer. in proceß d. lot. Fichard. in Art. Notar. tom. 2. Et quamvis dies de substantia instrumenti esse dicatur, adeoque omitti nequeat Mascard. Vol 1. de probat. concl. 4 n. 25. at tamen ejus omissione in authentico, quod dat Notarius parti extractum, non vitiat instrumentum, modo dies in Notula seu Protocollo contineatur Mascard. quest. 6. n. 85. quia dies apposita in Protocollo, censetur repetita in instrumento extracto l. 6. §. 6 ff. de edend. Specul. de Instr. edit. §. 9. n. 8 Menoch. arbit. jud. quest. 2. cas. 64. Non secus ac si præsumitur dies adscripta instrumento sequenti, quemadmodum ascripta est proximo praecedenti Menoch. d. lot. Quam diversimodè autem in diversi locis diem apponi consuetum sit, Speculator his verbis docet: Quandoque, inquit, dicitur sic, Prima die May, secunda die intrante Maio, & sic de singulis, usque ad 16. inclusivè; Elapsis autem sedecim diebus Mensis; dicitur 15. die exeunte Maio; decima quarta die exeunte Maio, & sic de singulis usque ad penultimam, in qua dicitur die penultima Maii, & ultima, dicitur ultima die Maii; Et sic de singulis Mensibus 31. dies habentibus observatur: In his autem, qui 30. dies habent, proceditur eodem modo a prima die Mensis usque ad 15. diem per hanc dictiōnem Intraente: quibus finitis per alios 15. sequentes proceditur per dictiōnem Exeunte: Nunquam tamen in prima die Mensis ponitur,

Intrante : Nec in penultimo & ultimo, Exeunte. Sic servatur Bonon. secuudum Ruland. Quandoque verum dies Mensis ponuntur per ascensum hoc modo : Prima die Maii, secunda die Maii & sic ascendendo gradatim, usque ad peultimam diem, in qua, & etiam in ultima dicitur sicut suprà, & sic multi in Romana Curia servant. Tertio modo dicitur prima die Maii, secunda die Maii, sine dictione, Intrante : Et sic usque ad medietatem Mensis : Postmodum verum in sequentibus diebus dicitur, Exeunte, ut suprà. Et sic in Regno Siciliæ dicitur observari. Quarto modo ponitur dies per Calendas, Nonas & Idus. Huc usque Specul. d. §. 2. de Instr. edit. n. 7. Apud nos vulgari hac formulâ ponî receptum est, vñ 1. 2. 3. &c. Januarij, Februarij, Martij &c. quo nimirum Contractus sive actus celebratur. Quod si verò Notarius ex urgenti aliqua causâ, sine quâ alioquin non fieri debere thes. 36. dictum est, noctu rogetur instrumenta confidere, tunc si quidem ante medium noctem contingat, instrumentum denominetur à die præcedenti: Si post medium noctem à sequenti. Fichard. in Art. Notar. Tom. 2. Johann. Andr. in addit. ad Specul. de Instr. edit. §. 2. lit. F. quia tam de jure quam de consuetudine dies à media nocte incipit c. consuluit. 24. de offic. deleg. l. more Romano. 8. ff. de feriis. Et propriè dies naturalis dicitur qui comprehendit tenebras & lucem, juxta illud Genes. I. Factum est ex vespere & mane, dies unus. Hora etiam exprimenda est, cum perfectionem Instrumenti arguat Bornit. de Instr. part. 1. lib. 2. cap. 19. & prioritatem temporis demonstret. Hoc etsi hodiè adeo stricte non servetur & Johann. Andr. allegat. loc. dicat horam diei necessariò ponendam non esse, nisi in casu 1. 15. §. 1. ff. quod vi aut clam. Valde tamen expedit & tutius est apponere horam quoque, maximè in instrumento Appellationis & Leuterationis, ubi decendum locum habet, & currit à momento ejus ipsius horæ, quo sententia est publicata, in alterum momentum diei decimi illius ejusdem horæ. Moller. ad Conf. y Elect. p. 1. Conf. 19. n. 7. & 8. Quin imo disertè precepit Imp. Maxim. I. in d. §. Und nach dem. ibi: Tag/ Stunde ic. Bald. in l. non minorem. C. de transact. gl. singul. in l. ex pluribus. 89. §. fin. ff. de solut.

LXVII. Præterea, cum circumscriptio loci & temporis reddat

reddat rem magis certam & ambiguitatem excludat, eoque me-  
lius falsitas, si qua fortè commissa esset, deprehendi posit, ad-  
dendus etiam locus, in quo actius seu contractus celebratur & in-  
strumentum fiat d. s. Und nach dem ibi: Mahlstat ic. Rittersh.  
ad Novell. part. 9. cap. 24. n. 45. Mascard. Vol. 1. de probat. concl. 4. n. 24.  
Menoch. 2. presump. 84. n. 1. 2. siquidem de substantia locus esse  
dicitur Gloß. in d. l. generali. C. de Notar. lib. 10. Mascard. d. loc. In tan-  
tum, ut instrumentum sine loci insertione non valeat, nec pro-  
bet. Marant. in Specul. aur. part. 6. tit. de Instr. product. n. 39. Mascard.  
d. q. 6. n. 90. Covarr. pract. quest. 20. n. 3. Prückman. consil. 1. n. 30. & in-  
super Notarius omittens locum ponere puniatur pénâ falsi.  
Farin. de falso. quest. 157. n. 6. Quemadmodum etiam nec consuetu-  
do volens instrumentum valere & fieri sine loco, approbatur.  
Menoch. d. loc. v. Et hoc quidem sententia. Boer. Dec. 33. n. 27. Castrens.  
in Consil. 419. in pr. Vol. 9. Mascard. d. loc. quia præstat occasionem de-  
linquendi & fabricandi falso, & tollit reo, contra quem instru-  
mentum producitur, defensionem & facultatem reprobandi.  
Boer. d. loc. Dec. cap. 1. n. 8. de fid. instr. quamvis contrarium verius  
esse putet Ayrer. d. c. 9. obs. 9. n. 31. Sed non solum locum genera-  
lem, ut putâ in tali & tali Civitate, vel Villa, vel Castro N. &c.  
verum etiam loci locum specialem exprimere debet Notarius  
in instrumento, V.g. Wittebergæ in ædibus N.N. in tali & tali viâ  
sitio, in illo & illo hypocastu seu conclavi &c. d. s. Und nach dem  
ibi: Und an welchem Orth derselben. Specul. de Instr. edit. d. s. 2. n. 9.  
Cravet. conf. 216. n. 2. Lucas de Penna. in l. 3. n. 15. C. de Tabul. lib. 10.  
Menoch. 2. presump. 84. n. 2. Greven. 2. Concl. 13. in Coronid. n. 9. & 10.  
Id quod maximè servandum est in instrumento testamenti ob-  
maiis falsitatis periculum, & in negotio, quod exigit certum  
aliquem locum, in quo fiat, qui que tali negotio vel actui pecu-  
lialiter est constitutus, veluti coram tribunali, ubi jus redditur,  
vel in Ecclesia &c. Menoch. d. loc. n. 4. Nec tamen omissionem  
conclavis instrumentum labefactare autumat Ummius dis. 17.  
ib. 3. n. 12. de fid. Instr. Quod observantiâ comprobari dicit Bornit.  
2. de Instr. cap. 19. vers. locus designari solet. Ut maximè vero non  
nunquam in instrumento locus explicitè non sit positus, nihil  
ominus tamen implicitè & præsumptivè censetur adscriptus,  
& ab

& ab uno repetitus in aliud, eoque instrumentum servatur. Hoc  
quoties fieri queat, vide sis apud Menoch. d. loc. n. 5. & seqq. hac de-  
re ex professo tractantem. Cui adde & hunc casum quando ex  
serie seu facti specie de loco constare potest. Ayrer. d. loc.

XLVIII. Porro requiritur, ut una cum nominibus par-  
tium, a quibus rogitus factus est, tota series facti vel rei gestae in-  
seratur, secundum cujusque contractus seu actus substantiam,  
qualitates & consuetas clausulas, quae de jure vel consuetudine  
loci necessariae sunt intervenire. gloss. in d. l. generali. C. de tabul. §. §.  
Vnd nach dem. ibi: Dann der Inhalt der beschriebenen Handlung.  
Quoniam enim instrumentum maxime propter factum roga-  
tur, istud subiecti omnino debet, nec omitti potest. Facto autem  
seu contractui vel actui Tabellio omnimodo ipsem per se ad-  
dit ab initio usque ad finem totius negotij, cuius seriem & con-  
sequentiam universam accurate percipere, sua manu in proto-  
collum inscribere, indeque in solennem & debitam formam  
extendere debet, nec aliter complementum instrumenti facere.  
Licet enim omnia, ut docet Paul. de Castro Vol. I. consil. 209. alij  
committere possit, tamen haec tria, audiencem scil. protocollum  
& subscriptionem alteri demandare nequit, ut eò magis occasio  
falsitatis & suppressio veritatis evitetur, quæ alias facile  
inde oriri posset. Nov. 44. cap. I. & d. Consil. §. Vnd wiewohl von Gewohn-  
heit. ibi: So soll er doch sein Prothocoll oder aufzstreckung desselben  
durch sich selbst / vnd nicht durch einen andern machen vnd thun ic.  
§. §. Vnd insonderheit so sollen die Notarien behutsam seyn. & ibi:  
Darauf die Notarien verstehen mögen/wie gefährlich vnd gewagt es  
wäre/sein Prothocoll vnd Imbrevia sur durch andere / vnd sonderlich  
der einem Parthen suspect, oder die dem prothocollirten Geschichten  
nicht zugegen gewesen / extendiren zu lassen. Mascard. concl. 921. n.  
2. Specul. §. 8. n. 36. in fin. de Instr. edit. Tamen instrumentum jam  
extensum, si occupationibus, aut alio aliquo impedimento for-  
tè valetudinis causâ scribere impediatur, alij, etiam non Notario,  
Alex. consil. n. 4. & 5. lib. 3. quamvis contrarium teneat. Castr.  
d. consil. 209. circ. fin. vers. præterea, non constat describendum  
dare d. §. Vnd wiewohl von Gewohnheit einem Notarien gestattet/  
wenn er daran verhindert wird / durch einen andern getrieben sein  
Instru-

Zinstrument/ so er begriffen vnd complicitet hat/ ingrossirent zu lassen; Vel etiam protocollum extendendum de verbo ad verbum dicare & pronunciare potest, sed ita, ut ipse deinceps manu sua subscriptab & de hoc ipso in suâ subscriptione attestetur. d. §. ibi: Oder wo er des einigen Zufalls halben zu derselben zeit nicht schreibt/ ben möchte/desselben mals einen andern an seiner statt zu extendiren von wort zu wort angeben / vnd in seiner Subscription von solcher Unvermögligkeit vnd eines andern ingrossation bezeugen. Alex. Conf. 129. num. 4. Rittersh. ad Novell. part. 9. cap. 4. num. 46. Non se-  
cus, ac si in extensione seu ingrossatione instrumenti rasuræ ma-  
ximè notabiles & in locis suspectis, in una vel pluribus lineis  
fiant, vel verba interlinealia, seu ad margines posita sint, à quibus  
tamen qnàm diligentissimè cavenduū est. §. Die Notarien soll  
leit auch auffsehen haben / wenn sie in Extendierung vnd Ingrossi-  
rung der Instrumenten radieren/ sonderlich an mercklichen vnd  
verdächtlichen Orten/ in einer oder mehr Zeilen/ eder zwischen den  
Einten/oder auff das Spa tum heraus/ etwas sezen/ darvor sie sich/  
so viel möglich/ hüten sollen / daß sie alsdenn im Instrument oder  
ihrer Subscription , davon meldung vnd befestigung thun / vnd son-  
derlich/ wenn solch Interliniatur oder Schrifft in Spacio nicht von  
der Hand/ die solch Instrument in grossiret/ geschehe. Alias scri-  
ptura instrumenti, si Notarius in subscriptione non faciat men-  
tionem de abrasione, cancellatione, interlineaturâ, apostillâ vel  
manu aliena, non probat, sed suspectâ est & falsitatem arguit.  
Fatin. def. fals. quest. 153. num. 101. Cravet. Conf. 104. num. 16. & 17. Me-  
noch. Cas 187. num. 39. & seqq. Nisi in quatuor casibus, quos re-  
fert Castren. d. Conf. 129. per tot. Notandum autem, quod circa  
factum seu negotium in extensione instrumenti ex protocollo  
Notarius nihil addere queat, sive de naturâ contractus seu actus,  
sive de consuetudine loci sit, nisi de quibus partes sufficienter  
admonitæ convenerint, & imbreviatura loquatur. Mascard.  
Concl. 1102. num. 16. Anton. Fab. lib. 4. Cod. tit. 16. def. 18. Etsi enim  
jus præsumat, contrahentes singulis, quæ secundum contractus  
naturam, vel loci consuetudinem solent apponi, consensisse,  
etiamsi ex protocollo non appareant, neque à Partibus expri-  
mantur; Hincq; Bald. & Alex. referente Tusch. Concl. 85. n. 5.

7. dicant Notarium omnia, quæ de jure insunt, ex natura contractus extendere & in extensione imbreviaturæ propriæ supple re posse secundum jus & consuetudinem, & talem imbreviaturam recipere suppletionem, renunciationem & aliarum clausularum; quæ de jure vel consuetudine apponi solent; Aliud tamen placuit Divo Imperatori Maxim. I. quando substanciales clausulas ipsius actus etiam juxta cujusque contractus seu actus naturam, vel loci consuetudinem solitas, pacta & renunciations protocollo inseri, consensu partium desuper exprimi, & Notarium nisi de iis, quæ vidit & audivit propriis auribus & propriis oculis tempore, quo conficitur contractus, adeoq; non ad præsumptionem scribere jubet. d. Consit §. Und riewol eis Protocol: ibi: So sollen doch die Notarien zum mindesten mit kar gen worten die Hauptclausulen der Substantia &c. & seq: Alex: Consig. num. 4. lib. 1 & Cons. 198. Socin. Cons. 95. lib. 3. Hinc obligatio bonorum & hypotheca non potest addi vel suppleri in extensione instrumenti, quando protocollum non continet talern oblicationem.; Sic etiam, si non est dictum, in evictione, licet de natura exemptionis & venditionis sit l. & C. de evict. ut & in fidejussione, nimirum quod fidéjussor renunciaverit beneficio excussionis & divisionis, instrumentum extendi nequit., Nec easu, ubi mos est in loco, ut conductores periculum sterilitatis suscipiant, nisi conventum sit inter partes contrahentes Tusch. d. Concl. 85. num. 49. Et sic Idecirò Notarius contentata usq; pacteda, renunciationes, cessiones & clausulas dubias partibus, antequam discedant, intelligibiliter prælegere, & si minus intelligant, satis explicare debet; ut desuper consentiant atque conveniant. d. §. Demnach denn die Verwillingung vnd Meinung des/ Der also vor ihm handelt vnd contrahirt, ein wesentlich vnd Substantialstück in desselben Contracts oder Handels vnd aller andern Dingen/deren sich die Parteien vereinigen vnd überkommen/ ob sie gleich von gewohnheit dasz gesahz wurden/ Und dann solcher Consens nicht gestreckt werden mag/ auf daß jenig/ des einer nicht wissend ist/ so erfordert die Noturffl &c. Alias instrumentum non probat Mascard. Concl. 4. num. 26. Maximè si in scriptis contractum celebrare velint partes; ut ante perfectionem scriptu-

rx, quod illis videbitur addere vel demere possint, quod eis tunc  
diceat; Minime vero id quidem poste à scripturā consummatā &  
perfectā vel mutuo partium consensu accidente, prout pulchritē  
declarat Paul. de Castr. in l. contra Elus. 17. C de fide in str. Conf. Max.  
§. Und am meistern vnd insonderheit ist solches zu halten in den  
Contracten vnd Händeln / darin zu ihrer Substantienschrift gehö-  
ret/ &c. ibi: So aber die Schrift vollkommen vnd erfüllt ist/ so  
mag alsdenn darnach nichts mehr hinzu gesetzt/ davon gehalten/ oder  
geendert werden/ ob gleich die Parteien das verwilligten. Quo ta-  
men casu, si partes post absolutionem ipsius scripturae mutare,  
addere vel removere quid velint, poterit Notarius denuo roga-  
ri & desuper instrumentum confiscere, prioribus gestis in Imbre-  
viatione remanentibus. §. Doch so möchte der Notarius zu  
dem/ &c.

XLIX. Deniq; cūm instrumentum sine testibus fidem non faciat Mascard. d. loc. Cravet. Conf. 122. num. 13. & actus Notario seu coram pretorerum necessariō & solenniter desiderent testes, Novell. 1. cap. 2. vers. 2. cis. notario sive si vero absunt. Bornit. de Instrum. lib. 2. cap. 21. oportet testium nō. aris abz. Testiby mina & cognomina qui rei gestar interfuerunt, in eo inscribi. Mafe. concil. Novell. 73. cap. 5. d. Constit. §. Und nach dem vom gemeinen Rech-  
ten. ibi: Deren aller Namen vnd Zunamen klarlich beschreiben.  
Moller. part. 1. Constit. Ele. Et. 20 num. 5. §. 6. Sub pœnā falsi Farin.  
defalsi quæst. 157. num. 15. & simul exprimi, cuius conditionis &  
dignitatis fuerint, quodq; ad ejusmodi actum sint rogati. Quod  
posterioris inter cætera ad formam instrumenti pertinet, tradit  
Wesenb. in parat. de fid. instr. num. 5. & à tabellionibus in quolibet  
instrumento usu servari videmus, quamvis de jure rogatio-  
nem opponi non necessarium esse, nisi in quibusdam casibus,  
dicat Specul. de Instrum. edit. §. 2. num. 10. & de teste. §. 1. Nec tamen  
ad substantia testis requiritur, ut ipsum testes manibus suis sub-  
scribant instrumento l. 31. C. de donat. Johann. Andr. in addit. ad  
Specul. de Instrum. edit. §. 2. num. 10. lit. C. Treut. Vol. 2. disp. 5. thes. 3.  
lit. G. Etsi à quibusdam controvèrtatur, sed creditur Notario &  
sufficit inscripta esse nomina ipsorum per illum Wesenb. in pa-  
rat. d. loc. Mindan. 2. de mandat. cap. 69. num. 9. & 10. Castrensi. Con-

fl. 326. in pr. lib 1. Nisi in casibus, in quibus pro formâ & solennitate lex, vél censuetudo eorundem subscriptionem expressè exigit; ut in testamento solenni l. 21. & l. 29. C. de testam. testamento cæci l. Consulissima. 8. C. de his qui testam. fas. p. 3. & int. antique. 23. C. ad SC Vellej. Bocer. class. 6. disp. 24. th. 16. Quod si vero ipsi met testes subscribant, eo ipso publicum instrumentum esse non definit. Græv. præt. Concl. lib. 2. concl 13 in Coronid. num. 12. Sed utile dicit Boer. decis. 18. num. 15. propterea quod in futurum ob mortem vel variationem testium aut oblivionem utriusque parti & Notario sit magis consultum & tutum. Et Sabaudiæ extare Senatus Consultum, quo Notarii jubentur facere, ut tam à testibus, quam Contrahentibus, si literas sciant, instrumenta super Contractibus confecta subscribantur, testatur Anton. Fab. lib. 4. Cod. tit. 16. def. 19.

L. Postremò incumbit Notario, ut etiam in epilogo instrumenti sive à se ipso, sive ab alio descripti manusua subscriptio nem apponat. Specul. de instr. edit. § 2. num. 12. inq; eâ nomen proprium & appellativum, de quo dubitari nō possit, subiiciat, addito, cuius autoritate sit creatus, quodque à partibus ad confectionem instrumenti sit rogatus. Vulgo hoc modo: Und ich M. M. auf Bäpsilicher vel Keyserlicher/ré. Mache vnd Gewalt geschwörter Notarius hiermit vhrkunde vnd befenne/ das nach dem ich diesen allen/ wie obstehet/ Persönlich behgewohnet/ solches gesessen/ ic. hierzu insonderheit requiritet vnd erbeten/ &c. Cùm enim Subscriptio Notarii unum de essentialibus instrumenti sit, ut ex eâ publicum dicatur & probet Gem. Consil. 82. num. 4. vers. Sed opponitur, utique Notarius subscribere debet, alias instrumentum ab eo neque scriptum, neque subscriptum fidem non facit, quamvis in protocollo tale sit repertum. Anton Fab. d.lib. 4. tit. 16. def. 21. Dd. in l. 3. C. de tabell. lib. 10. Nec tamen sufficit nudi nominis subscriptio, sed pariter exprimere debet, quod tanquam Notarius instrumentum receperit, Lucas de Penna in d.l. 3. n. 15. C. de Tabul. Nam ubi quis saltē nudum nomen subscripterit, sciri non poterit, an tanquam Notarius, an ut testis, privatus,

aue

aut alius scripsérit, cùm & alii, quām Notarii recipiant scripturas, & Notarii etiam confidere possint scripturas privatas; Nisi publici instrumenti solēnnia requisita insuper præmiserit & in scriptura præcedenti posuerit omnia, quæ sunt de ordine publici instrumenti. Quo satis declaravit, quod tanquam Notarius instrumentum receperit publicum. Paria enim sunt specificè vel præsumptivè, facto aut verbis quid exprimere. Cravet. *Conſil. 50. num. 1. & ſeqq.* Prædicta autem vera sunt & procedunt non ſolum, quoties instrumentum ab uno; verum etiam, quando à duobus aut pluriſbus ſimul ſumptis & rogatis receptum eſt, tunc enim non ab uno tantum, ſed ab omnibus ſubſcribi & levari oportet. Anton. Fab. *d. loc. def. 22.* Fulv. Pacian. 1. *de probat. cap. 65. num. 29. vers. Quæ quidem conclusio.* Tusch. *Concl. 73. num. 1. lit. N.* Nisi ſinguli in ſolidum ſint rogaſi Pacian. *d. loc. num. 31.* Menoch. *Caf. 187. num. 7.* aut alteruter, ante quam ſubſcribat, vitam cum morte comutaverit, aut infamia notatus, aut Notariatus officio privatus fuerit Tusch. *d. loc. num. 10.* aut pars instrumento ab uno ſaltem ſubſcripto uia fuerit. Anton. Fab. *d. loc. def. 1.* Nendum autem subscriptionem, ſed ſimul etiam ſuum ſignum Tabellionatus ſibi concuſſum, ſein Notarii Signet neceſſe habet appingere vel apponere. Rittershuf. *ad Novell. part. 9. cap. 24. num. 46.* Specul. *d. Inſtr. edit. §. 2. num. 15.* Quippe quod de forma instrumenti eſſe dicatur, ut tenent Bart. *ml. 5. §. initium. ff. de p. 2. T. 2. A. 3. n. 86 p. 2.* Cravet. *Conſil. 216. num. 3.* Boer. *decis. 37. n. 10.* & ferè omnes Dd. & tanquam ſolemnitas ad ejus ueritatem & validitatem requiratur in d. *Conſil. §.* Und nach dem gemünen Rechten ibi: und zu leſt das Signet und Unterschrift der Notarien. adeo ut ejus omissione uitiet instrumentum Marant. in Specul. aur. part 6. tit. de Inſtrum. product. num. 40. Maſcard. *de probat. d. concl. 4. num. 19. & concl. 920. num. 1.* Gail. 2. obf. 43. num. 3. Nisi extet conſuetudo loci, ut non apponatur, idque ab omnibus eo loco obſeretur Maſcard. *d. Concl. 4. num. 20.* juxta diſpositionem d. *Conſtitut. Maxim.* §: Darumb ſo gebieten und ordnen wir ibi: nichis deſto minder vorbehalten/was fonft von eines jeden Orts gewohnheit zu halten we're. Dico ab omnibus. Nam unus atque alter Notarius recepta propriâ conſuetudine ſive æquâ ſive iniquâ, formalibus requiri-

sitis in d. Constitutione in vim legis autoritate publica præscri-  
ptis, derogare minimè valeat. Quo verò apposito, intelligitur  
actus absolutus & instrumentum à Notario rogatum, quia non  
solent Notarii illud adhibere, nisi perfecto & à se recepto roga-  
toque instrumento. Menoch. 2. præsumpt. § 1. num. 14. & 15. Sed  
etsi ab initio Notarius ipse, si velit, quod sibi conferatur signum,  
eligere possit, quo utetur ad instrumenta signanda & corrobo-  
randā, semel tamen electum & concessum prolibitu. mutare ne-  
quit. arg. l. fin. §. 2 C. de Adsefforib. Lucas de penna. in l. 3. num. 17.  
C. de Tabul. lib. 10. Jacob. Menoch. de arbitr. quest. lib. 1. cap. 318. n. 25.  
nisi forte ex prægnante & legitima causā iussu superioris; Sed  
constans, proprium & peculiare habere deberet, nec alterius No-  
tarii signo uti poterit. Constit. Atax. §. Die Notarien sollen auch  
wissen ibi: Noch auch sein gewöhnlich Signet / oñ Gewalt des  
Richters / und ansi redlichen Ursachen / verwandeln / ändern / oder  
mit eines andern Zeichen sein Instrument zeichnen. Quod si vero  
tempore mutet & diversis signis utatur, falsi poenam incidere  
tradit Mascard. 2. de probat. Conclus. 1098. num. 22. cum ibi adductis  
Da. Non secus, ac Mercatores mutantes signa mercaturae Prosp.  
Farin. de Fals. quest. 50. num. 142. quia mutans suum signum, sive  
marcatorium sive domesticum, non citra falsi suspicionem id  
facere præsumitur. Bornit. part. 2. lib. 2. cap. 9. de Instrum. Posse  
tamen Notarium, si fortè signetum Tabellionatus ad manus no  
fuerit, vice ejus privatum suum sigillum adhibere, adjectâ hac  
clausula, In Mängelung meines Notariats Zeichens / mit meinem  
gewöhnlichen Petschafft bekräftige / statuit Bornit. de Instr. lib. 2.  
cap. 16. vers. Præterea. Cujus assertio an subsistere & procedere  
possit, valde dubito, eo quod signum Notariatus tanquam au  
thenticum autoritate publicâ, ad corroboranda instrumenta à  
Creante concessum & confirmatum sit, uti in omnibus fere testi  
moniis Notariatus videre est, minimè vero id quidem annu  
lus Signatorius privatus. At scriptura publica non valent nisi  
sigillum authenticum habeant. c. Scriptura verò 2. x. de fide Instr.  
Proindè Notario non liberum erit, proprio ausu signaculum vel  
annulum signatorium privatum, pro publico & authentico  
contra concessionem Creantis & tenorem d. Const. Maxim. I. in  
strumen-

strumentis imponere, sed potius authentico uti debet. Alias instrumentum non valeat, & ille tenetur parti ad damnata & interesse. Carpz. lib.3. tit.8. Resp. 85.

L I. Hæc igitur sunt, quæ circa publicationem instrumenti Notariorum de jure, communique usu, practicâ & consuetudine recepta sunt. d. Const. §. Und nach dem ibi: Von gemeinen Rechten/branch / übung vnd gewohnheit eingeföhret ist/ das &c. Salvis tamen, quæ etiam de cuiusque loci consuetudine in specie sunt servanda, quibus Imper. Maxim. I. pér d. Constit. derogare minimè voluit, sed potius robur addere. in §. Darumb so geboten wir/ibi: nichts desto minder vorbehalten/was sonst von eines jeden Orts gewohnheit zu halten were. Non aliter, atque Imperat. Justin. in saepius d Novell. 47. cap. 1 §. 1. Qui cum prius sanguis- set, quæ instrumentis publicis inseri debeant, postea subiicit, se minimè velle quicquam detrahere de priori consuetudine Orientis, vel alterius loci, quâ instrumentis etiam urbium tempora inserebantur, sed potius prioribus aliquid adderent.

L II. His subiectamus materiam, in quâ instrumentum scribi debet. Olim varia erat, & confici poterant instrumenta in quacunque materia, sicut testamenta, §. 12. Inst. de testam. l.1. ff. de bon. poss. secund. tabul. l.2. §. 2. ff. de testam. quemad. aperiat. l.7. in pr. ff. de Jür. Jurand. l.15. C. de Testam. Sed vigore d. Constit. Maxim. tantum in membranâ seu pergameno, firmitatis majoris & durabilitatis ergo, non in papyro scribenda sunt, inq; Latinâ vel Germaniâ lingua. §. Die Notarien sollen auch aufsehen haben/ ibi: auf Pergament/vnd nichil Pappier/in Lateinischer oder Teutschcher Sprach/&c. quia perpetuam & minimè dubiam probatio: nrem continere debent. Quam obirem etiam olim in summo Camerâ Imperialis judicio papyracea instrumenta non valuisse tradit Myns i. Obsr. 80. ad hoc allegans præjudicium in causâ N. Parilleben/contra Heinticum Müllner. Matant. part.6. art. 8. num. 15. 16. Verum uti hoc amplius nec adeo accurate hodiè in Camerâ Imperiali observari testatur Andr. Gail. i. Observ. 119 n 3. sub fin Gilman. decif. fol. 470. num. 14. 15. lib. 2. rer. jūdic. Camer. Imp. Arnold. de Reyger. add. d. Obs. Myns. 80. Ita etiam ferè in omnibus aliis locis consuetudine & usu receptum est, quod instrumenta

potius

potius in chartā, quam in pergamo & recte consificantur & probent, non minus, ac si in membrana conscripta fuerint, nisi alio aliquo viatio laborent, quo vituperantur & infirmantur, quia consuetudo facit instrumentum authenticum, quod alias non foret authenticum. c. cum dilectus. 9. ext. de fide. Instr. Magn. Dn. Carpz. p. i. Confut. 17. d. 32. num. 3. Nostro igitur tempore tam in chartā, modō sit munda, ne reddatur suspecta. Mascard. 1. de probat. Conc. 284. num. 1. Prosper. Farin. de fals. quest. 153. n. 185. quam in membrana scribi posse verius est, idque secundum Bartoli opinionem in l. 1 ff. de bon. poss. secund. tabul. 1. 6. C. de divers. re script. ibi: Quæ in chartis sive membranis. Daut. in l. 15. num. 5. C. de Testam. Et in terris Electoratus Saxonie, quoad effectum probandi nihil referre, in quacunque materia scripta sint instrumenta dicit Dan. Moll. ad Constit. Elec. part. 1. Constit. 17. n. 8. Nec obstant allegati §. verba, auff Pergament vnd nicht Papier. Siquidem, ut in præcedenti thesi dictum, per hanc Constitutionem Max. consuetudo loci, quoad hoc non excluditur, sed potius comprobatur. §. Demselben nach/ibi: Desgleichen nach Inhalt gemeiner Rechten oder lēblichen gewohnheit vnd gebrauch eines jeden Orts eingeföhret vnd verschen ist.

L III. Quotiescumque igitur Notarius instrumentum omnibus suis numeris & partibus absolverit, atque ita in forma solenni expediverit, tenetur vel ipse, vel ejus heredes, ad quos originalia & protocolla pervenerunt, parti petenti edere, vel mandatario, vel hæredi ipsius d. Const. §. Es mögen auch die Notarient. ibi: Vnd demselben / so sie gebeten / oder ihren Anwälten/Erben/oder Gemeinen/oder sonderlichen Nachkommen/ auffs wenigste einmahl geben. Pacian. 1. de probat. cap. 64. n. 5. Non secus ac Argentarius in l. 6. & 10. ff. de edend. quia idem jus, quod est in argentario dicitur esse in omni eo, qui auctoritate publica gerit officium; Ergo etiam in Notario, qui publico officio fungitur. Comprimis si ei debitum honorarium, quo plus justo petere nequit Mynsing. §. ob. 53. n. 3. oblatum & solutum fuerit Specul. de instr. edit. §. 6. n. 4. Grævæus part. 1. concl. 106. n. 2. Alioquin adversus eum, vel officio Judicis, si instrumenta sunt inter vivos gloss. l. argentarii,

rius,

de tabul. exhibend. si instrumentum pertineat ad ultimas voluntates l.i. & gloß. ibi ff. de tabul. exhibend. agi potest. Et siquidem de instrumento est rogatus, negat tamen se de eo rogatum, vel dicit, se non recordari fuisse rogatum, atque ita instrumentum, quod confecerat, occultet, nec edere velit, pœnâ falsi punitur, si convincatur, & parti omne damnum & interesse refundere compellitur, nisi sit Senex, aut instrumentum celebratum jam de tempore longinquo. Quo casu propter senectutem & temporis lapsum à pœna excusatur. Nicol. Boer. decif. 292. n. 5. Johann. Andr. in addit. ad Specul. de Instr. edit. §. 9. n. 1. lit. A. Prosp. Farin. de fals. q. 154. n. 1. & seqq. Quod si verò de honorario pro labore officij sui, ei non satis factum fuerit, invitus cogi nequit dare instrumentum sine eo. Gloß. verbo argentarius. in pr. in verb. aſſimiles ff. de edend. Pacian. d. loc. n. 20. Sed usque ad exolutionem detinere potest, sicut scriptor retinens quinternos Pacian. d. loc. n. 23. quia nemo cogitur suis stipendijs militare c. cum ex officij. 16. X. de prescript. I. sed si quis. 7. ff. testam. quemad. aper. & labor operantis justam retinendi causam tribuit. Matth. Coler. de procesſ. Execut. p. 1. cap. 2. n. 248. th. supra 16. circ. fin. Exceptis tamen pauperibus, quà talibus, in quos Tabellio misericors esse, nec de eorundem actu vel contractu pecunias accipere debet. Quod etiam procedit in Advocatis & Judicibus, ita ut praestito juramento paupertatis, nec judiciales expensas, nec Advocato honorarium solvere necesse habeant, sed utrumque ipsis remittendum. Magnif. Dn. Carpz. part. 1. Conſt. 23. d. 14. At verò cautum circa instrumentorum editionem oportet esse Notarium, nec alij instrumentum edere debet, nisi ei, cuius interest. Cravet. conſ. 56. n. 18. & à quo fuerit rogatus. Græv. p. 1. conclus. 106. n. 1. Quæ duo ad hoc, ut quis compellat Notarium ad sibi dandum instrumentum, copulativè requiruntur. Pacian. d. loc. n. 3. & 32. Nam solum interesse, nisi in quibusdam causis à Pacian. d. loc. notatis, sine mandato, & econtrario solum mandatum sine interesse petentis ad editionem non sufficit. Pacian. d. l. n. 38. Videndum autem an instrumentum unà cum mandato contineat interesse vel utilitatem unius, & illi soli, an utriusque Contrahentium & tunc

rius debiti non est dandum debitori, sed dundaxat Creditori,  
quia hujus solam utilitatem continet. Similiter ex eadem ra-  
tione instrumentum donationis, non est edendum donanti,  
sed Donatario. Sic etiam instrumentum liberationis & quie-  
tationis dandum est Debitori, non Creditori, nisi subsit Credito-  
ris aliqua utilitas. Eodem modo Instrumentum promissionis  
et pretij debet reddi venditori, instrumentum verum liberationis  
emptori, & instrumentum promissionis dotis uxori, sed instru-  
menta transactionis, emphyteusis, locationis, pignoris, perminta-  
tionis, societatis, exemptionis, venditionis & similium, quae conti-  
nent promiscuam utriusque partis utilitatem, utrique parti-  
edenda sunt. Pacian. d. loc. n. 33. & seqq. Quoties vero Notarius  
de interessu alicuius petentis dubitet, aut aliis praejudicium ex-  
tali editione futurum existimet, faciat se una cum eis, qui ex-  
instrumenti editione laeti possunt, citari coram Judice; ut parti-  
petenti, si quas habent exceptiones opponere queant, atque ita  
editio cum causa cognitione & autoritate Judicis fiat, vel non  
fiat, prout ei visum fuerit. Id quod innuit d. Const. §. Es mög-  
gen auch die Notarien. ibi: Aber ob sie das auss denselben oder an-  
dern / so des nachmals begehren / oder Interesse zu haben vermeinten / und sonderlich / wo Zweifel / Frung oder Zwiracht darübert  
oder zu besorgen were / das jemand's Gefährlichkeit daraus entstündet  
geben mögen oder solten / ist das gewisser vnd redlicher vmb viel Opin-  
ion, Disputation, so darumb sind / sic zuvermeiden dass er die Notar-  
ien für ihre Richter citiren lassen / von des Gewalt vnd Beheit / solch  
Instrument von neuen geben / oder zugeben versagen soll. Pacian.  
d. loc. n. 11. & 52. Nec tamen nisi semel Notarius vel Argentarius  
tenetur edere d. l. 6. §. 8. ff. de edend. & §. Es mögen auch die Notarien.  
ibi: Aufs wenigste einmahl geben. Nisi superveniant justæ causæ,  
ob quas editio iterum fieri debeat, prout ea habentur in l. veluti.  
7. ff. de edend. & latius explicantur à Pacian. d. loc. n. 54. & seqq.

LIV. Hujusmodi autem instrumentum, dicitur publicum,  
quippè quod publicè manu Notarij confectum sit c. 2. X. de fide  
Instr. Sichard. ad rubric. C. de fide Instrum. n. 2. & publica autoritate  
constet Nov. 73. cap. 5. & 7. §. 1. Specul. de Instr. edit. §. 7. n. 1. Schneidw.

§. item

præsumptionem l. 14. C. de contrab. stipul. l. 16. C. de Don. inter vir & uxor. & ibi Gothofred. in not. non tantum Veritatis, quod nimis omnia, quæ in eo scripta, acta & inter partes conventa prohibentur, verè sic sint gesta Mascard. d. Concl. 103. n. 2. Wesenbec. in Part. n. 6. de fid. Instr. Treutl. cod. th. 5. quia Notarius cum publicum officium juratus gerat, non præsumitur falsum scribere. Sichard. ad l. 15. C. de fide instr. Sed etiam Solennitatis, quod omnia, quæ continent, solenniter & legitimè sint acta. Myns. 4. obs. 74. Menoch. 2. præsumpt. 44. n. 2. quia imperfectio & falsitas instrumenti, uti quodvis aliud delictum & dolus non præsumitur l. 18. C. de probat. Menoch. 5. præsumt. 20. n. 1. & præsumpt. seq. n. 2. Et unusquisq; actus secundum suam formam & qualitatem factus censetur Menoch. 6. præsumpt. 10. n. 1. Hinc tantum operatur, ut sine administriculo fidem faciat Sichard. ad rubric. C. de fide Instrum. n. 2. Specul. de edit. Instrum. §. 8. n. 1. & per se plenè probet, de his, quæ dispositivè in eo posita sunt. Wesenbec. & Treutl. allegat. loc. Beust, in l. admonendi. 31. n. 45. & seqq. de Jur. Jur. & dicatur probata probatio, & non probanda Wesenbec. d. loc. Mascard. concl. 1099. n. 2. rem manifestam reddens & notoriam, & relevans possessorem suum ab onere probandi Sichard. in l. 14. C. de contrahend. & commit. stipul. n. 5. Menoch. in tr. recip. possess. remed. 1. n. 224. De quo dici solet, noli me tangere. Cravet. cons. 31. n. 7. Cui tamdiu statut, donec contrarium probetur Menoch. d. præsumpt. 44. n. 3.|| Wesenbec. §. ult. Inst. de fide ius. Schneidw. d. §. item verborum. n. u. Inst. de util. stipul. Nec enim omnem excludit probationem in contrarium. Schneidw. per allegat. loc. Specul. §. 8. n. 4. de instr. edit. sed maximè reprobari potest vel per testes, scripturæ instrumenti contradicentes, ad minimum duos, aut plures, in instrumento descriptos, aut non descriptos, nisi in duobus casibus, quos refert Specul. d. loc. vel per instrumenta alia contradictoria, & comparationem literarum; vel per conjecturas & præsumptiones contrarias. De quibus latè & eleganter Menoch. arbit. jud. quest. cas. 105. & 5. præsumt. 20. n. 7. & seqq. Specul. & Schneidw. d. loc. Prosp. Farin. de fals. quest. 158. Mascard. 2. de probat. concl. 740.

proban di incumbit adversario d.l.18.C.de probat.

LV. Denique, cum nihil tam naturale sit & firmum, quin vicissim infirmari & dissolvi possit, ut inquit gloss. post Rubr. Inst. quib.modestam.infirmet. Et quicquid ab hominibus ligatur, solubile sit, prout dicitur in cap.3.Novell.22. sequitur, ut ultimo loco videamus, quibus modis officium Notariatus tollatur & finitur, ut scil.tunc cessent effectus, quos Tabellionatus producit & haec tenus enarravimus. Cessante enim causâ, cesset effectus. c.cum ceſſante.59.X.de Appellat.

LVI. Solvit autem (1) morte Tabellionis. Mors enim ut omnia solvit. c.deinceps.20.d.Novell.22.Tusch.concl.39r.lit.M.ita etiam privilegia & dignitates personæ cohærentes, eâ defunctâ simul aufert l.1.§.2.ff.de conf. princ.l.3.§.ult.ff.quib.mod.usus fr. amitt. l.3. & l.4.§.3.ff.de censib.& tollit de medio personam, in quâ radicatum erat officium Notariatus, nec tunc, ut alia parentum prædefunctorum bona, ad liberos transmittitur, eum ea, quæ personis dantur, ad heredes non transeant l.1.§.43.ff.de aqua quot. & aſſiv.l.3.in fin. ff.de censibus.l.7.§.1.ff.de Except.quantumvis instrumenṭa à Notario adhuc in vivis confecta, modò alias non sint defectuosa, aut alio aliquo vitio laborent, nihilominus plenam fidem mereantur & vigeant c.2. & ibi Dd. X. de fid. instr. gloss. verb. publicum. in l.2.in pr. ff. quemad. teſt. aper. Innoc. in c.1.X.de fid. Inſtr. (2) Denegatione officij. Nam si Notarius sine justa causâ instrumenta recipere nolit, nec potentibus super negotiis licitis officium suum impertiri velit, tunc ab exercitio Tabellionatus deponi & pœnâ perjurij plecti potest. d. Conf. §. Es mögen auch die Notarien ibi: Wie sie auch des bey Pönn im Rechten bestummer schuldig seyn.Bart.in l.fin.de Aſſessorib. Menoch. arbit. jud. quæſt. casu. 369. n.7. & 8. Schneidw. d. §. cum autem.3.n.7. Instir. de Adopt. Sichard. ad Rubric.C.de fide Inſtrum. n.3. theſſup.6. (3) Abdicatione & Resun- ciatione officij in manus ejus, cuius autoritate est creatus.d. Conf. §. Die Notarien sollen auch wissen/das ihr keiner sein Notariat Ambe an- ders/denn allein in die Hände des Obersten Fürsten / von des Gewalt- er solch Ambe empfangen hat vnd eriret ist. c.admonet.4. & c.quod in dubiis

de Jdict. lib. 3. p. 2. c. 5. n. 9. quia renuncians beneficio perdit pos-  
sessionem beneficij Tusch. concl. 162. n. 1. lit. R. & quilibet juri &  
favori suo pro se introducto renunciare potest. l. si quis. 29. C. de  
pact. & l. si quis. s1. C. de Epis. & Cleric. l. si. judex. 41. ff. de minor. l. filio. 17.  
ff. de injust. rupt. irrit. l. potest. 71. ff. ad L. Falcid. l. pactum. 40. ff. de pact.  
& quicquid ad utilitatem nostram. receptum est, tamdiu du-  
rare debet, quamdiu nobis plaeuerit, & non ultra, idque li-  
berè repudiare, negligere & abjicere possumus. l. egregius. ff. de  
V.O. (4) Per non usum, præsertim si occasio utendi nulla de-  
fuerit l. nundinis. 1. ff. de nundin. Illi enim, qui Senator, Clericus,  
vel Doctor factus, aut alio aliquo officio per quinquennium  
functus fuerit, integrum & liberum erit à Tabellionatu desine-  
re & abstinere, nec invitus ad ejusdem exercitium cogi potest.  
d. Conf. §. Es ist auch ein Notarius. ibi: Er were denn Doctor, ein  
Rath Herr/Mönch oder Clericus &c. l. universos. 15. & ibi gloss. &  
Bart. C. de Decurion. lib. 10. Bald. in l. si quis. C. de Epis. & Cler. Angel.  
in l. i. C. de tabul. lib. 10. Hoc tamen casu officium non planè quis  
perdit, sed exercitium ejus saltem quiescit & cessat, proinde si  
velit, istud reassumere & usurpare potest. d. §. ibi: Doch dieselben/  
so sie sich haben bitten lassen ic. (5) Interdictione officij, quæ fit Cle-  
rici Notario ab Episcopo, ne amplius Notariatum exerceat. Ea  
enim publicata, ut perveniat ad notitiam populi, ipsius instru-  
menta non valent. Farin. in fragment. Criminal. lit. C. n. 241. (6) Con-  
demnatione propter delictum per sententiam in loco solito, cum  
solitis solennitatibus publicè latam. Nam ex solo delicto an-  
tequam de eo condemnatus fuerit, non dicitur privatus officio,  
per textum egregium in l. si quis. decurio. 21. C. ad L. Coruel. de falf.  
ubi dicitur, quod delinquens in officio Decurionatus pendente  
judicio, non statim destinat esse decurio. Et quamvis etiam cri-  
men ex actis & publica famâ notorium sit, & lex ipso jure privet  
delinquentem; attamen illud declarari debet per sententiam  
hominis, quia super notoriis quoque Judicis declaratoria requi-  
ritur, uti post alios tradit. Pacian. 2. de probat. cap. 21. n. 132. &  
n. 138. & cap. 22. n. 14. Non fecus ac in Vasallo, qui ob feloniam  
commissam prius feudo privari nequit, quam sententia decla-

amittitur. Magnif. Dn. Carpz. part. 3. Conf. 26. def. 12. Sed hic circa  
præsentem materiam distinguendum est inter delicta. Quædam  
enim in officio, ut falsum, quod respicit fidem & legalitatem  
personæ; Quædam extra officium, ut homicidium, furtum,  
adulterium, iujuria & similia, committi dicuntur. Priori casu,  
simul atque Notarius præsens sive per accusationem, sive per  
inquisitionem, de falso tanquam ex delicto in officio perpetrato  
condemnatus, adeoque infamia notatus fuerit, officio privatus  
intelligitur, nec amplius, quæ valent & probant instrumenta,  
confiscere potest Tusch. concl. 100. lit. N. Specul. de Instrum. edit. §.  
9. n. 22. Schrad conf. 3. n. 264. ne quidem ad pias causas Farin. de falf.  
quæf. 155. n. 41. quamvis expressè in condemnatione non ponan-  
tur pæna privationis, quod tunc non est necesse, sed sufficit sim-  
plex declaratoria criminis commissi in officio. Eo enim ipso,  
quod est condemnatus de illo delicto, censetur etiam privatus  
officio. Pacian. 2. de probat. cap. 22. n. 11. vers. At si Notarius. Et n. 16.  
vers. In hoc igitur casu conclude. Lucas de Penna in l. 12. vers. Si tamen  
tabellio. C. de Susceptorib. Preposit. lib. 10. Farin. d. loc. n. 39. quia delin-  
quens in officio est legibus odiosus & officio, quod eo ipso vitu-  
perat, privatur. d. l. 12. C. de Suscept. l. judices. 12. C. de dignitat. lib. 12.  
l. si quos. 3. C. de offic. prefect. Prætor. Orient. & Notarius semel de fal-  
so damnatus, non potest ulterius rogare alia instrumenta Me-  
noch. 5. præsumpt. 21. num. 25. Posteriori casu, ubi Notarius deli-  
quit extra officium, utrumque ad hoc, ut ejus instrumenta non  
amplius valeant, & ille remotus ab officio censeatur, requiritur,  
videlicet quod non solum condemnetur ex delicto, verum etiam  
quod per sententiam condemnatoriam, uti etiam communiter  
fieri solet, expressè privetur Tabellionatu, quia hoc casu non in-  
telligitur privatus, nisi nominatum privetur. Pacian. d. loc. n. 4.  
vers. quod quidem. Et num. 11. 14. 17. Quamvis Bald. in l. cunctos pe-  
pulos. 1. n. 43. vers. Sed infam. taballionis. C. de Summ. Trinit. dicat,  
Tabellionem, etiamsi per sententiam non sit officio privatus, ta-  
men non posse confiscare instrumenta, quando ejus infamia est  
notoria; Et nihil referre, an ex crimine falsi, vel alio famoso  
sit damnatus; Nec in hac infamia juris esse constitutam diffe-  
ren-

rentiam. Sed prædicta, quod nullum est in instrumento, non  
mnatus perdat officium, nec per consequens possit instrumenta  
confidere, nec confecta valeant, procedunt, (1) in instrumentis,  
quæ facta sunt post sententiam condemnatoriam Sichard. *in l. 1.  
C. de testam. n. 23.* Nam quæ antea rogata sunt, non solum valent,  
si sint publicata, quia jure officij uti potest, quamdiu in eo tole-  
ratur Sichard. *ad l. 2. C. de fide Instrum. n. 7. Specul. d. §. n. 21. & 22.* Sed  
etiam perfici & publicari possunt. Pacian. *d. loc. n. 20.* Quamvis me-  
lius facheret Notarius, si isto casu abstineret à publicatione in-  
strumentorum præteriorum, cùm tamen illis minor fides adhi-  
beatur, ac si non fuisset condemnatus. Farin. *d. loc. n. 43. 44. & 62.*  
(2) in Instrumentis, quæ condemnatus de falso solus recepit. Nam  
si instrumentum à duobus Notariis rogatum est, nihilominus ab  
uno in publicam formam redigi potest, & valet, quamvis alter  
de crimine falsi condemnatus fuerit, quia utile per inutile non  
debet vitiari. *c. 37. X. de R. I. in 6. gl. & in § quod si quis. Inflit. de inutil.  
stipul.* & inhabilitas unius sustinetur per habilitatem alterius.  
Pacian. *d. loc. n. 21.* Nisi statutum vel consuetudo ad confectio-  
nem Instrumenti requirat duos Tabelliones. Farin. *d. quest. n. 7.*  
ut statutum Veronæ, cuius meminit Menoch. *arbit. jud. quest. cas.  
187. n. 13.* (3) Quando Tebellio simpliciter de falso condemna-  
tus, nec ei in sententia fama & facultas conficiendi instrumenta  
reservata est. Etenim, si judex justâ commotus causâ, ut puta  
quod parcat honori parentum & puellarum, quæ restant ad nu-  
bendum, vel quod falsitas commissa sit modica, Item quod haud  
magnum attulerit præjudicium, similiter, quod non dolo, sed te-  
meritate quadam fuerit perpetrata, & quæ sunt id genus alia-  
famam reservaverit, nullum est dubium, quin isto casu Notarius  
ut ante, ita etiam post latam sententiam officium suum exercere  
queat Farin. *d. quest. n. 70. & seqq.* Pacian. *d. loc. n. 18.* Alias plures Li-  
mitationes & Sublimitationes vide sis apud Farin. & Pacian.  
*allegat. loc.*

LVII. Falsum autem, ex quo Notarius officio privari &  
puniri potest, est immutatio Veritatis in alterius præjudicium.  
dolo malo facta. *Nov. 73. in pr. l. 20. C. ad L. Corn. de falso. Menoch. arbit.  
jud.*

mittitur *Dicto*, *Facto*, aut *Scripto*. *Farin. d. loc. n. 6.*

LVIII. *Dicto* perpetratur (1) quando Notarius negat se  
rogatum de instrumento, de quo tamen revera est rogatus, vel  
dicit, se non recordari ansuerit rogatus. Isto casu factæ requisitionis  
convictus præter pœnam falsi, quâ afficiendus est, tene-  
tur parti ad damna & interesse. Nisi sit senex aut bona famæ  
*Menoch. cas. 311. n. 3.* aut instrumentum jam à longo tempore con-  
fectum fuerit. *Farin. quest. 154.* (2) quando ante publicationem  
attestatorum dicta testium propalat, vel parti adversæ causam  
prodit, aut secreta judicis revelat, & patefacit. *Mascard. concl. 1098.*  
*n. 37.* *Berlich. p. i. concl. 8. n. 34.* *Farin. quest. 104. n. 107.* Hinc etiam fit,  
ut Notarius in his causis, quibus officij ratione adhibitus fuerit,  
neutri parti sollicitando, procurandoque operam suam locare  
possit & debeat. *Ordin. Cameræ, part. i. tit. 39. §.* Als sich auch bishier  
neben obgemelten Mängeln der Notarien halb sich auch der befunden/  
das sie sich nicht allein des Notariat Ambts/ sondern auch Sollicitirens/  
Procurirens/vnd dergleichen in denen Sachen / darin sie sich als No-  
taris gebrauchen lassen/vntersangen/welches dann wider Recht i/ darzu  
den Partheyen zum höchsten Nachtheil vnd Beschwerde gereicht / sol-  
ches zu vorkommen/wollen wir neben solchem Edict allen Notarien/  
bey einer namhaftien Pön/ gebieten/sich fürohin ihres Ambts zu halten/  
vnd in Sachen / darin sie als Notarien gebraucht / des Sollicitirens/  
Procurirens vnd dergleichen / gänzlich vnd allerding guentschlagen.  
(3) quando in Instrumento dicit : præsentibus talibus testibus,  
illi autem contrarium dicant Jas. in l. 2. §. volunt autem, ff. solut,  
matrim n. 25. &c.

LIX. *Facto:* (1) Si in instrumento, postquam de eo rogatus  
est, addendo vel detrahendo, aliquid sine autoritate Judicis mu-  
tet, vel consentientibus partibus Tusch. *Concl. 90. n. 9. lit. N.* *Farin.*  
*d. quest. 104. n. 108. & 109.* proinde etiam, si datam mutet, pœna  
falsi tenetur. *Farin. quest. 105. n. 26.* (2) Si roget instrumenta illicita  
*Mascard. d. concl. 1098. n. 23.* ut puta super alienatione rei sacrae d.  
14. §. 3. *C. de SS. Eccles. Novell. 7. c. 5.* vel feudi, sine consensu Domini  
facta, c. i. in pr. verf. *Scriba vero. 2. feud. de probit. feud. alien.* *Myns. 6.*  
*obj. 65.*

obj. &c. & alijs rebus prohibitis. Item usuraria, idq; scienter Farin.  
quest. 154. n. 14. 16. & 22. Græven. part. 2. concl. 4. in Coronid. n. 1. 2. & 3.  
Nisi habeat autoritatem alicujus solennis Doctoris affirmantis,  
contractum, de quo fecit instrumentum non esse usurarium,  
aut ad dictamen Sapientis aliquam clausulam illicitam & usu-  
rariam in instrumento apposuerit quibus casibus à pœnâ falsi  
excusatur. Mascard. d. Concl. 1098. n. 24. Farin. d. quest. 154. n. 26. & 27.  
Græven. d. loc. n. 6. (3) Si in instrumento debitas juris solennitates  
& clausulas substanciales ex proposito omittit, quæ notoriae  
funt omnibus Notariis. Menoch. arbit. jud. quest. cas. 370. n. 4. &  
seqq. Mascard. d. loc. n. 32. Farin. d. quest. 157. n. 1. & seqq. (4) Si  
duobus diversis signis in instrumentis utatur. Mascard. d. loc. n. 22.  
Sichard. in l. 19. C. defid. Instrum. n. 12. &c.

LX. Scripto, (1) quando Notarius scribit falsum, vel simu-  
latum instrumentum Menoch. arbit. jud. quest. cas. 316. n. 1. Farin. de  
fals. quest. 155. n. 11. & 12. vel pro hæretico. Pacian. 2. de probat. cap. 22.  
n. 28. Farin de heresi. quest. 197. n. 58. & n. 67. (2) quando ponit in scri-  
ptura testamenti, se vidisse testatorem, quem revera non vidit,  
eumque fuisse sanæ & integræ mentis, cum tamen non fuerit.,  
item aliquem contrahentem seu testem actui interfuisse, qui ve-  
re non interfuerit. Farin. d. quest. 154. n. 105 III. & 112. (3) quando  
in instrumento scribit, fuisse numeratam pecuniam, vel ultra-  
verbum numeravit, alio aliquo verbo actuali numerationem  
& receptionem pecuniaæ denotante usus est, aut dicit: Titius  
habuit & recepit pecuniam &c. quæ tamen revera numerata  
& recepta non fuerit. Farin. d. quest. 154. n. 52. 57. (4) quando in ali-  
quo Instrumento Universitatis aut Collegij scribit omnes, vel  
eorum majorem partem interyenisse, si revera non omnes inter-  
venerunt aut major pars. Farin. d. quest. 154. n. 104. (5) quando in  
testamento scribit, testatorem, prout facere debet per  
textum in l. 21. ff. de testam. & l. jubemus. C. eod. & Const. Max. Rubric.  
Von Testamenten. §. Aber die Form eines Testaments. ic. ore proprio  
nominasse heredem, quem tamen non nominavit, quam ob cau-  
sam testamentum redditur invalidum, præsertim si Notarius est  
malæ famæ & alias solitus facere, ut testator heredem ore pro-  
prio nominaret. Farin. d. q. 154. n. 93. 100. & 101. (6) Quando sibi

L

aliquid



aliquid in testamento, de quo fuit rogatus, adscribit. Tusch. concl.  
77.n.6. & seqq. & concl. go. n.4. lit. N. (7) quando in præjudicium  
partium, plus minusve scribit, quam ab illis coram eo & testibus  
ad hoc exhibitis actum & dictum fuit, & scribi debet, puta fal-  
sum adjiciendo aut aliquid principaliter omitendo, ut in instru-  
mento venditionis pretium, quod est de substantia, non tantum  
parti laesa tenetur de dannis & interesse. d. Constit. Maxim. I. §.  
Demselben nach. ibi: Ihre Aembter redlich/ gerewlich vnd aufrichti-  
glich zu üben/ als sieb ihnen seyn zu sampt dem; dass sie widerkehrung  
der Schäden vnd Interesse denen / so durch sie versäumet oder vera-  
föhret werden/ zu thun schuldig sind. Myns. & Schneidew. in pr. Instit.  
de Obligat. 9. ex quas. delitt. nasc. Berlich. part. 1. Concl. 8. n. 37. & seqq.  
Rosbach. Princ. Civil. tit. 8. n. 10. Egid. Boss. in tr. tit. de falso. n. 71. Ve-  
rum etiam de falso puniri potest. l. jubemus. 29. in fin. C. de testam.  
Tusch. in verb. Notarius. Concl. go. Cravet. consil. 85. n. 6. Socin. consil. 97.  
col. 2. lib. 1. Paul. de Castr. consil. 421. Alex. consil. 74. Vol. I. d. Constit. Max.  
eod. §. Demselben nach. in fin. ibi: Unsere schwere Ungnad / Straff  
vnd Buß zu vermeiden. quia delinquit in officio suo & veniam  
non meretur. Ferrar. inform. opp. contr. inser. Error, tamen qui po-  
tius, quam dolus in bona fama Notario presumitur Menoch.  
lib. 2. presump. 79. n. 12. Mascard. de probat. concl. 1098. n. 17. & concl.  
644. n. 1. Boer. decis. 116. n. 3. 4. 5. Farinac. quest. 156. n. 116. & seqq. sicut  
partibus ipfis. l. 116. ff. d. R. I. Cravet. consil. 147. n. 5. Farin. quest. 155. n.  
82. cum nihil magis consensui contrarium sit, quam error l. 1. §.  
illicitas ff. de offic. Procons. ita etiam Notario nocere non debet,  
quia non adest dolus in errante, neque mutatio veritatis. Castr.  
consil. 364. lib. 2. modò corrigatur & emendetur vel ab ipso No-  
tariorum, antequam partibus instrumentum tradidit in forma publi-  
cā Anton. Fab. lib. 4. Cod. tit. 16. def. 9. Menoch. d. presump. 79. n. 15.  
quia tunc nondum functus est officio suo arg. l. 19. §. 2. in fin. ff. de  
recept. qui arbit. Vel à Judice desuper adito, quando nimirum co-  
pia parti data atque ita Notarius officio suo functus est. d. Const.  
Maxim. §. Ob aber sich bewarlich / oder vnbewarlich begeb / das ein  
solch Irrung einfühles were in Solemnitatē/ Rahmen/ Städten/ Zeit/  
Substanz oder sonst/ ist das gewisser das/ sonderlich nachdem das Ins-  
trument den Parteien übergeben were/ die weil als denn die Nota-  
rien

Reit ihre Aemter vollbrachte zuhaben angesehen werden / zu vermeiden  
vnd vnd mancherley Disputation , Zweifel vnd Gezanke nicht auf  
eigenen / sondern auf des Richters Gewalt solch Irrung corrigite  
vnd geendet werde. Mascal. d. probat. concl. 6.44. n. 12. Vol. I. concl. 4.  
n. 16. Antoh. Fab. d. loc. Cæterum si error non corrigatur & pars  
inde sentiat aliquod damnum, pericula & in commoditates nullum  
est dubium, quin ipse Notarius resarcire ista & refundere  
teneatur... d. Const. §. Es sollen auch die Notarien ibi. Die sie ohne  
zweifel ihnen zu befehren schuldig seyn. Chilian. König. in Proceß. c. de  
public. Notar. 41. §. Vnd wenn einer. vers. vnd wo der Notarius in seinen  
Schreiben irret. Sed manum de tabula. Hæc igitur qualia qualia de  
Tabellario tenui Minervâ pro instituti ratione dixisse sufficiat. In  
quibus si forte hallucinatus fuero, prout etiam quandoque  
bonus dormitat Homerus, monitus meliora  
promptissimè sequar.

## DEO T E R Opt. Maximo

sit honor laus & gloria in  
secula seculorum.

Errores hosce typographicos, & si qui occurrit alij, qui in  
theses nostras irrepererunt indignè, benevolus Lector  
corrigat, studiosissimè rogatur.

Theſi. lin. 5. leg. §. siquidem. tb. 4. lin. 14. leg. Reipubl. manumitt. lin.  
23. leg. Rem pupill. Ø. Ø. lin. 7. leg. extendendos. Ø. 18. lin. 14. leg. quædam.  
lin. 17. leg. confidere possint. tb. 20. lin. 19. leg. Ii qui. tb. 24. circa fin. leg.  
monoculo. & lin. penult. leg. L. I. tb. 26. lin. 10. leg. immisceant. Ø. 27. lin.  
16 pro §. leg. vers. tb. 29. lin. 20. leg. exercitium. tb. 31. lin. 43. leg. examine.  
tb. 34. lin. 24. leg. peregrinis. tb. 37. lin. 43. leg. concessa. tb. 38. sub fin. leg.  
specialiter. tb. 45. circa fin. pro 100. leg. 110. tb. 47. lin. 45. leg. secun-  
dum. & lin. subseq. tertiam penultimam. tb. 48. lin. 45. quam dilig-  
tissimè cavendum. & lin. 49. Spatiuum. tb. 49. lin. 23. leg. consuetudo.  
tb. 50. lin. 41. leg. concessum. & lin. 60. leg. Notario. & lin. 78. leg. mer-  
catorium. & lin. 92. leg. publico.

**R**EUSNERI auspicium magni ductumq; secutus  
I bone, & invicto pectore bella move.  
Non animi virtus, non arma accerrima desunt:  
Crede, b<sup>e</sup>c JANE, tibi pugna, triumphus erit.

Augustus Buchner us.

F I N I S.



05 A 166

ULB Halle

004 206 827

3



KD/17



**Farbkarte #13**



Domini nostri Jesu Christi.  
Disputatio Inauguralis Iuridica  
De  
**NOTARIIS**  
*Eorumq;  
INSTRUMENTIS.  
Quam  
Permissu & authoritate Nobilissimi  
& Amplissimi J<sup>c</sup>torum Ordinis in illustrissima,  
Academia Wittebergensi  
Sub Presidio  
VIRI  
*Magnifici ac Juris Consultissimi*  
**DN. JEREMIAE REUSNERI**  
Cti, inclytæ Facultatis Juridicæ Ordinarij, Senioris & p.t.  
Decani, Decretalium Profess. Publici, nec non Curia<sup>r</sup> Electoralis,  
Scabinatus & Consistorij Ecclesiastici Affectoris gravissimi,  
Præceptoris & Patroni sui ætatem sub-  
missè devenerandi  
**Pro Licentia**  
*Summos honores Doctorales & Privilegia in Utroq. Jure conse-  
quendi publicè examinandam proponit*  
In Auditorio Majori  
**ANDREAS JAHN/ Belgrâ-Misn.**  
Ad diem Octobr. horis ante & pomerid.  
Excudebat JOANNES RÖHNERUS, Acad. Typogr. Anno 1647.*